OPVS NOVVM.

GILDAS BRI

TANNVS MONACHVS CVI SAPI entis cognomẽtũ est inditum, de calamitate excidio, & conquestu Britanniæ, quam Angliam nunc uocant, author uetustus a multis diu desyderatus, & nuper in gratiam. D. Cuthberti Tonstalli, Londinẽ. Episcopi formulis excusus.

IN HOC AVTHORE, PRETER multiplicem hic illic historiarũ interpositionem, uidere licet grauissimas illius temporis Regũ, prîcipũ, Ducũ, Eporum, Sacerdotũ, Clericorũ &c. correptiões, uehemẽti undiq; spũs impetu, densis sacrarum literarum testimoniis fortiter armatas.

MVSEVM BRITANNICVM

POLYDORI VERGILII VR
binatis in Gildã ſapientem, ad Cuthebertum Tonſtallum Londinenſem Epiſcopũ
Præfatio.

AB hinc aliquot annos, cũ ego me ad hiſtoriã anglicam ſcribendam dediſſem eiuſq; rei cauſa poſtmodũ ãnales aſſidue euoluerẽ legi primo apud Bedam, deinde apud Gulielmum Neubiurgum quendam hiſtoricum nomine Gildam, quondam flebiliter ſuorum Britannorum calamitatem pariter, atq; peccata deploraſſe. Quo cognito nihil mihi potius fuit, quam eum inueſtigare autorem, quem nobis adiumẽto fore, iam tum quaſi pro certo haberemus, qui lõgo poſt tempore, tandem mihi quærenti in manus incidit, ex quo ut uerum fatear, longe me hercule minus cepi fructus, quã putaram, quod ille in hiſtoria admodũ breuis fuerit. At tu optime epiſcope, qui maxime omnium in rem literariam augendam continenter incumbis, haud multo poſt alterũ codicem omnibus ueſtigijs indagatum reperiſti. Ita fama ueteris autoris inuenti breui, ad omnium bonarũ artiũ ſtudioſiſſimorum aures facile peruenit, tantumq; eius deſyderium fecit, ut placuerit tandem aliquando uulgari, uel ea de cauſa, ut diluceret fraus nebulonis peſſimi, qui

mi, qui paucis ante annis, ex cuiusdam Gaufredi scriptis breuiarium composuerat, illudque Gildæ sapientis falso compendium inscripserat. Quare tu non modo codicem, sed etiam laboris socium dedisti familiarem tuum Robertum Ridleium sacerdotem cum honestum, tum in Theologia probatum. Nobis igitur ad rem aggressis codices simul conferentibus, ac errata tollere conantibus ecce subito longe grauissimus obrepsit labor, deprehendimus enim bonā partem sacrorum testimoniorum quibus autor ita utitur, ut scribendo sæpe desinat esse suus, non consentire cū suis autoribꝫ. Tū addubitare cœpimus, si illa sic manerent, uelut agnata membra facile neglectū iri, sin ad uerbū reponerentur, nobis astuc haud dubie uitio datum iri, quod autoris uerba mutauerimus, qui ad extremum legem iampridem librorum ueterū castigatoribus datam secuti nonnulla resecuimus, addidimus autē nihil. Ipse uero postea ut oratio per hyperbaton passim obscurata planior fieret, uno uel altero loco uerbum longius positum magis per appositē locandum curauit. Hæc de opusculo, sed iam ad ipsum autorē ueniamus. Fuit Gildas homo Britannus, ac monachus, & utrunqꝫ ipse attestari uidetur cū Britannos uocet suos, atqꝫ de suo ordine ita scribat. Quiescerē nisi tantos talesqꝫ montes malitiæ episcoporū, uel cæterorum sacerdotum, aut clericorum, in nostro quoqꝫ ordine erigi aduersus deum, uidissem &c. Vi-

Libellum nota adulterino noie ornatum.

Vita & mores Gildæ.

tam uixit integerrimam, uti reor, nam cum aliorū mo
res castigare instituisset, necesse habuit sibi prius in-
dicere legē innocentiæ, continentiæ, omniumq; uir-
tutum, ut ne turpiter in eo peccaret, in quo alterum
reprehendisset. Doctrina ualuit, non item eloquētia,
id quod uitium temporum fuisse dixerim, nam floru
it Pelagio secūdo pōtifice Romano, q̄ factus est pōti
fex circiter annū salutis humanæ. D. LXXX. cū bo
næ literæ non essent. Scripsit istam epistolam, sic ip-
se appellat, ad suos Britannos, qua postquam de situ
insulæ pauca dixit, conatus est ita eos pijs pungere
minis, ut sua quasi sponte ad bonam frugem, ut aiunt
se reciperent. Ac talis est Gildas antiquissi-
mus autor, qui si in parte aliqua
profuerit, profuerit aūt
omni modo, id
uel tibi
acceptū referri
debet, q̄d ille te demū du-
ce, ex densissimis tenebris, in lucem
prodierit. Vale. ad. VIII. Iduum
April. M. D. XXV.
LONDINI.

Anni salutis hu
manæ.

INCIPIT PROLOGVS GILdæ Sapientis, de excidio Britanniæ, & conqueſtu eiuſdem, ac flebili caſtigatione, in reges, principes, & ſacerdotes

IN HAC epiſtola quicquid deflendo potius quam declamãdo, uili licet ſtylo, tamẽ benigno, fucro perſecutus, ne quis me affectu cunctos ſpernẽtis omnibus ſue melioris quippe qui commune bonorum diſpendium, malorumq; cumulum lachrimoſis querelis defleam, ſed condolentis patriæ incommoditatibus miſerijſq; eius ac remedijs condelectantis, edictuꝝ putet, quia non tam fortiſſimorum militum enunciare trucis belli pericula, mihi ſtatutum eſt, quam deſidioſorum. Silui fateor, cum immenſo cordis dolore, ut mihi rerum ſcrutator teſtis eſt dominus, ſpatio biluſtri uel eo amplius prætereuntis, inperitia, ſicut et nunc, una cum uilibus me meritis inhibẽtibus ne qualemcunque admonitiunculam ſcriberem. Legebam nihilominus admirandum legiſlatorem ob unus uerbi dubitationem, terram deſyderabilem non introiſſe, filios ſacerdotis alienum admouendo altari ignem, cito exitu periſſe, populum uerborum dei prævaricatorẽ

Legebam Attende hic incipit Hyperbatõ, quo paſſim autor utitur, pertinetq; ad imitũ proximæ clauſulæ Videbam.

omnem ad unum duobus exceptis ueracibus, & quidem deo charissimum quippe cum iter leuissima stratum profundi glarea maris rubri, cibus celestis panis, potus nouus ex rupe uiatorius acies inuicta manu sola intensa erectione, fuerit, bestijs, ferro, igni per Arabiæ deserta sparsim cecidisse, post ingressum ignotæ terræ, ac fluminis Iordanis, portas urbis, aduersaq; mœnia, solis tubarum clangoribus iussu dei, subruta, palliolum aurique parum de anathemate p̄sumptum multos strauisse, Gabaonitarum irritum fœdus calliditate licet extortum nonnullis intulisset exitium, ob peccata hominum, querulas sanctorum prophetarum uoces, & maxime Hieremiæ ruinam ciuitatis suæ quadruplici plangentis alphabeto. Videbam etiam nostro tempore, ut ille defleuerat, solam sedisse urbem uiduam, antea populis plenam, gentium dom̄nam, principem prouinciarum sub tributo fuisse factam, id est, ecclesiam, obscuratum aurum, colorem-que optimum mutatum, quod est uerbi dei splendorē filios Syon, id est, sanctæ matris ecclesiæ inclytos, & amictos auro primo amplexatos, fuisse stercora. Et quod illi intollerabiliter utpote præcipuo mihi quoque licet abiecto utcunque ad cumulum doloris crescebat, dum ita eosdem statu prospero uiuentes egregios luxerat, ut diceret. Candidiores Nazarei eius nive, rubicundiores ebore antiquo, Sapphyro pulchriores. Ista enim et multa alia ueluti speculum quoddā

Nadab, & Abiu filiorū Aarō interitus.

Iter Hebræorū ex Aegypto redeūtiū et stragES, ac uictoriæ.

uitæ

uitæ nostræ in scripturis ueteribus intuens conuerte
bar etiam ad nouas, & ibi legebam clarius, quæ mihi
forsitan antea obscura fuerant, cessante umbra, ac
ueritate firmius inlucescente. Legebam, inquam do-
minum dixisse. Non ueni, nisi ad oues perditas domus
Israel. Et econtrario. Filij autem regni huius eijcie̅
tur in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor
dentium. Et iterum. Non est bonum tollere panem fi
liorum, & mittere canibus. Item, Væ uobis scribæ,
et Pharisæi hypocritæ. Audiebam. Multi ab oriente
& occidente uenient, & recumbent cum Abrahā,
& Isaac, & Iacob, in regno cœlorum. Et e diuerso,
& tunc dicam eis. Discedite a me operarij iniquita-
tis. Legebam, beatæ steriles, & ubera quæ non lacta
uerunt. Et econtrario. Quæ paratæ erant, intrauer-
runt cum eo ad nuptias. Postea uenerunt & reliquæ
uirgines dicentes. Domine domine aperi nobis, qui-
bus responsum fuerat. Non noui uos. Audiebā sane.
Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, qui
autem non crediderit, condemnabitur. Legebam apo-
stoli uoce, olcastri ramum bonæ oliuæ insertum fuis
se, sed a societate radicis pinguedinis eiusdem si non
timuisset, & alta saperet, excidendum. Sciebam mise
ricordiam domini, sed & iudicium timebam. Lauda-
bam gratiam, sed redditionem unicuique secundum
opera sua uerebar. Oues unius ouilis dissimiles cer-
nens, merito beatissimum dicebam Petrum ob Chri

Nouas uidelicet
scripturas not
id est, testamen-
tum nouū

sti integram confeßionem, at Iudam infelicißimum, propter cupiditatis amorem. Stephanum gloriosum, ob martyrij palmam. sed Nicolaum miserum, propter immundæ hæreseos notam. Legebam certe. Erant illis omnia communia. Sed & quod dictum est. Quare conuenit uobis tentare spiritum sanctum dei? Videbam e regione, quantum securitatis hominibus nostri temporis acsi non esset, quod timeretur increuerat. Hæc igitur & multo plura quæ breuitatis causa omittēda decreuimus, cum qualicūque cordis compūctione, attonita mente sæpius uoluens, si inquam peculiari ex omnibus nationibus populo, semini regali gentique sanctæ, ad quā dixerat primogenitus meus Israel, eiusque sacerdotibus, prophetis, regibus per tot secula, apostolo ministro, membris etiā eius illius primitiuæ ecclesiæ dominus nō pepercit, cum a recto tramite deuiarint, quid tali huius attramento ætatis facturus est? cui præter illa nephanda immaniaq; peccata quæ cōmuniter cū oībus mundi sceleratis agit, accidit etiā illud, ueluti ingenitū qd, & indelebile insipiētiæ pōdus, & leuitatis ineluctabile? Quid mihimet aio tibi ne miser ueluti cōspicuo ac summo doctori talis cura cōmitttur? ut obstes ictibus tā uiolenti torrētis? & contra hunc inolidorū scelerū funē per tot annorū spatia interrupte, lateq; protractum, serues depositū tibi creditū? & taceas? alioquin hoc est dixisse pedi. Speculare, & manui. Fatere. Habet

Britannia

Britanniæ rectores, habet ſpeculatores. Quid tu mugando mutire diſponis? Habet inq̃ habet, ſi nō ultra, nō citra numerū, ſed quia inclinati tāto pondere ſunt preſſi, idcirco ſpatiū reſpirandi nō habent. Præoccupabāt igitur ſe mutuo talibus obiectiōibus, uel multo his mordacioribus, ueluti condebitores ſenſus mei. Hi non paruo ut dixi, tempore, cū legerim, tempus eſſe loquendi, & tacendi, in quadam acſi anguſta timoris porticu luctabantur, Obtinuit, uicitq; tandem aliquando creditor. Si nō es inquiens talis audaciæ, ut non pertimeſcas, libertatis aureæ decenti nota inuri, affectum ſaltem nō refugito intelligibilis aſinæ eatenus elinguis ſpiritu Dei afflatæ nolentis ſe uehiculum fore tiarati magi deuoturi populū dei, quæ in anguſto maceriæ uinearum, reſolutum eius attriuit pedem, ob id, licet uerbera hoſtiliter ſenſerit, cui q; angelum cœleſtē enſem uacuum uagina habentē, atq; contrarium quem ille cruda ſtoliditate cœcatus non uiderat, digito quodammodo quanquam ingrato ac furibundo & innoxia eius latera contra ius fasq; cedenti demonſtrauit. In zelo igitur domus domini, ſacræ legis ſeu cogitatiuum rationibus, uel fratrum religioſis precibus coactus nunc perſoluo debitum multo tempore antea exactum uile quidem, ſed fidele, utputo, & amicū quibusq; egregijs Chriſti tyronibus, graue uero & importabile apoſtatis inſipientibus, quorum priores, ni fallor, cum lachry

Rectores, id eſt reges, Speculatores uidelicet Epoſcopos in Brit. eſſe

Hiſtoria Balaam & eius aſinæ

De re Chriſtiana in primis autor ſcribere ſtatuit.

mis forte

mis forte, quæ ex Dei charitate profluunt, alij enim cum tristitia, sed quæ de indignatione & pusillanimitate deprehensæ conscientiæ extorquetur, illud excipient. Sed antepromissum, Deo, uolēte, pauca de situ, de contumacia, de subiectione, de rebellione. Item de subiectione ac diro famulatu, de religiōe, de persecutione, de sanctis Martyribus, de diuersis hæresibus, de tyrannis, de duabus gētibus uastatricibus de defensione, itemq; uastatione, de secunda ultione, tertiaq; uastatione, de fame, de epistolis, de uictoria, de scelerib3, de nūciatis subito hostibus, de famosa peste, de consilio, de sæuiore multo primis hoste, de urbium subuersiōe, de reliquis, de postrema pace, quæ temporibus nostris dei nutu, donata est, dicere conamur.

Quæ stricti ue ut idem prodere inspice.

Britannia

BRITANNIA īſula in extrē mo ferme orbis limite, circū oc cidentemq; uerſus, diuina, ut di citur, ſtatera terræ totius pōde ratrice librata, ab Africo Bore ali propenſius tenſa axi, octin gentorū in longitudinē millū ducentorū in latitudinē ſpaciū exceptis diuerſorū prolixioribus promontori orū tractibus, quæ arcuatis Oceani ſinibus ambūtur tenēs, cuiꝰ diffuſiore, & ut ita dicā, intrāſmeabili um diq; circulo abſq; meridianæ freto plagæ, quo ad Gal liā Belgicā naugatur, uallata duorū oſtiꝰ nobilū fiu minū Thameſis ac Sabrinæ, ueluti brachiꝰ, per quæ, eidem olim tranſmarinæ delitiæ ratibus uehebantur, aliorūq; minorū munita bis denis, bisq; quaternis ciui tatibus, ac nōnullis caſtellis, murorū, turrū, portarū domorū, quarū culmina minaci proceritate porrecta in edito forti cōpage pangebantur, munitionibus nō improbabiliter inſtructis decorata, campis late panſis collibusq; amœno ſitu locatis, præpotenti culturæ a ptis, montibus alternandis animaliū paſtibus maxime conuenientibus, quorū diuerſorum colorū flores hu manis greſſibus pulſati non indecentem ceu pictura eiſdem imprimebant, electa ueluti ſponſa monilibus diuerſis ornata, fontibus lucidis, crebris undis niue as ueluti glareas pellentibus, pernitidisq; ruuis leni murmure ſerpentibus, ipſorumq; in ripis accubanti bus ſuauis

Circius uētus.

Inſulæ ſitus.

Thameſis.

Sabrina.

Ordinē nota
Britannia ſta
ra terræ ſupl
eſt librata. it
tenſa, ac i lō
& latit. eſt,
uallata eſt oſt
decorata, or
ta, atque in ſ
clauſulæ irri
gua eſt fonti
bus &c.

bus ſuauis ſoporis pignus prætendentibus & lacu
bus frigidum aquæ torrẽtem uiuæ exundãtibus irri
gua. Hæc erecta ceruice & mente, ex quo inhabita
ta eſt, nunc deo, interdum ciuibus, nonnũquam etiã
trãsmarinis regibus, & ſubiectis ingrata cõſurgit.
Quid enim deformius, quidq; iniquius poteſt huma-
nis auſibus uel eſſe, uel intromitti negocium, quã deo
timorem, bonis ciuibus charitatem, in altiore digni-
tate poſitis, abſq; fidei detrimento, debitum denegare
honorem? & frangere diuino ſenſui humanoq; fi-
dem? & abiecto cœli terræq; metu, proprijs adimuẽ
tionibus & libidinibus aliquem regi? Igitur omit-
tens priſcos illos cõmunesq; cũ omnibus gentibus,
errores, quibus ante aduentũ Chriſti, in carne om-
ne humanum genus obligabatur adſtrictum, nec enu
merans patriæ portenta, ipſa diabolica penenumero
ægyptiaca uincentia, quorum nonnulla lineamentis
adhuc deformibus intra uel extra deſerta mœnia, ſo
lito more rigentia, toruis uultibus intuemur, neq;
nominatim inclamitans montes ipſos, aut colles, uel
fluuios olim exitiabiles, nunc uero hũanis uſibus uti-
les, quibus diuinus honor a cæco tunc populo cu-
mulabatur, & tacens uetuſtos immanium tyrannorũ
annos, qui in alijs longe poſitis regionibus uulgati
ſunt, ita ut Porphyrius rabidus orientalis aduerſus
eccleſiam canis, dementiæ ſuæ ac uanitatis ſtylo hoc
etiam adnecteret, Britannia, inquiens fertilis prouin
cia tyrannorũ

itannorũ cõ
nacia.

terum Brit.
ia religio

Porphirij
x in Erit.

cia tyrannorum. Illa tantum proferre conabor in medium, quæ temporibus Romanorum imperatorum & passa est, & alijs intulit ciuibus & longe positis mala. Quantum tamen potuero non tam ex scriptis patriæ, scriptorũue monimẽtis, quippe quæ uel si qua fuerint aut ignibus hostium exusta, aut ciuium exulum classe longius deportata non compareant, quã transmarina relatione, quæ crebris irrupta intercapedinibus non satis claret, Etenim reges Romanorum cum orbis imperium obtinuissent, subiugatisque finitimis quibusque regionibus, uel insulis, Orientẽ uersus, prima Parthorum Indorum confiniũ parta pace, qua peracta in omni pene terra tum cessauere bella, & potioris fame uiribus firmassent, non acies flãmæ quodammodo rigidi † tenoris ad occidentẽ, ceruleo Oceani torrente potuit uel cohiberi, uel extingui sed trãsfretans insulæ parendi leges nullo obsistente aduexit, imbellemque populum sed infidelem nõ tã ferro, igni, machinis, ut alias gentes, quam solis minis, uel iudiciorum concussionibus insuperficie tantũ uultus, presso in altum cordis dolore sui obedientiam proferentem edictis subiugauit, quibus statim Romani ob inopiam ut aiebant stipendij, repedantibus, & nihil de rebellione suspicantibus, rectores sibi relictos ad enuncianda plenius, uel confirmanda romani regni molimina leæna trucidauit dolosa. Quibus ita gestis, cum talia senatui nunciarentur.

Nulla extare apud Brit. scriptorũ monumenta.

Britanni a Romanis subigitur.

Acies flam.
Vtitur autor metaphora, cuius sensus est. acies ideſt, potentia Romana. nõ tantuit Oceano primi, qn inuaderet insulã.
† Tenoris hoc est cõtinuatio uictoriarũ R. ab oriente, Occidentẽ, t lege: terrori

ritannorū re-
ellio.

tur, & ꝓpero exercitu, uulpeculas subdolas ulcisci fe
stinaret, nō militaris in mari classis parata fortiter di
micare, ꝑ patria, nec quadratū agmē, neq; dextrū cor
nu, aliue belli apparatus in littore cōspiciūtur, sed
terga ꝑ scuto, fugātibus dātur, & colla gladijs geli
do per ossa tremore currēte, manusq; uinciēde, multe
riter ꝓtendūtur. ita ut in ꝓuerbiū & derisum lōge la
teq; effertur. Britāni nō sunt in bello fortes, nec
in pace fideles. Itaq; Romani multꝫ perfidorū cæsis
nōnullis ad seruitutē, ne terra penitꝫ insolitudinē re
digeretur, mācipatis, patria uini oleiq; experte reli
cta, Italiā petūt, suorū quosdā relinquentes præposi
tos indigenarū dorsis mastigias, ceruicibus iugū, solo
noīe Romanæ seruitutis honorē facturos, ac nō tā mi
litari manu, q̄ flagris callidā gentē maceraturos, &
si res sic postulauisset, ensē, ut dicitur, uagina uacuū
lateri eius accōmodaturos, ita ut nō Britania, sed Ro
mana cēseretur, et quicqd haberi potuisset æris, argē
ti uel auri, imagine Cæsaris notaretur. Interea gla-
ciali frigore rigent insulæ quæ uelut longiore terra
rum secessu, Soli uisibili non est proxima, uerus ille nō
de firmamento solum temporali, sed de summa etiam
cœlorum arce tempora cuncta excedente, uniuerso
orbi præfulgidum sui lumen ostendens Christus suos
radios, id est, sua præcepta indulget, tempore, ut sci-
mus, summo Tiberij Cæsaris, quo absq; ullo impedi-
mento, eius propagabatur religio, indicta senatu no-
lente,

rouerbiū in
sdem

ō Brit. sed
omana, sup-
e terra cens.

ritanni Chri-
anā religio-
recipiūt.

lente, a principe morte dilatoribus militū eiusdem. Quæ licet ab incolis tepide suscepta sint, apud quosdamta men integre, et alios minus usque, ad persecutionē Diocletiani tyranni nouennem, in qua subuersæ per totum mundum sunt ecclesiæ, & cūctæ sacræ scripturæ quæ inueniri potuerant in plateis exustæ & electi sacerdotes gregis domini, cum innocentibꝫ ouibus trucidati, ita, ut ne uestigium quidem si fieri potuisset, in nōnullis prouinciæ locis Christianæ religionis appareret. Tunc quantæ fugæ, quantæ strages, quantæ diuersarum mortium pœnæ, quantæ appostatarum ruinæ, quantæ gloriosæ martyrum coronæ, quanti persecutorum rabidi furores, quantæ ecōtrario sanctorum patientiæ fuere, ecclesiastica histo storia narrat, ita ut agmine denso certatim relictis post tergum mundialibus tenebris, ad amœna cœlorum regna quasi ad propriam sedem tota festinaret ecclesia. Magnificauit igitur misericordiam suā nobiscū Deus, uolens omnes homines saluos fieri, & uocans non minus peccatores, quam eos qui se putant iustos, qui gratuito munere supradicto, ut conijcimus, persecutiōis tēpore, ne penitus crassa atræ noctis caligine Britānia obscuraretur, clarissimos lāpades sctōrū martyrū nobis accēdit, quorū nūc corporum sepulturæ, & passionum loca, si non lugubri diuortio barbarorum, quāplurima ob scelera nostra ciuibus adimerentur, non minimum intuentium mentibus ardo

Autor alludit ad historiā, nā si Tiberiꝫ Cæsar cuius tēpore nostra cœpit religio celebrari, cognita Christi diuinitate, etiā inuito senatu, nostrꝫ fauere instituit testis Tertullianus, in apologetico.

Persecutio in Christianos

De diui Albani ac sociorū eius martyrio

Confes. de Amphibalo autor loquitur, quem Albanus præceptorē habuit recepitq; hospitio in oppido suo Verulanio

Miracula per diuum Albanū, edita.

tibus ardorē diuinæ charitatis incuterent. Sanctū Albanum Verulanien sem, Aaron & Iulianum legionum urbis ciues cæteroſque utriuſque ſexus diuerſis in locis ſumma magnanimitate in acie Chriſti perſtantes dico, quorum prior poſtquam charitatis gratia, confeſſorem perſecutoribus inſectatum, et iam iamque comprehendendum imitans & in hoc Chriſtum animam pro ouibus ponentem domo primum, ac mutatis demum mutuo ueſtibus occuluit, & ſe diſcrimini in fratris ſupradicti ueſtimentis libenter perſequendum dedit, ita deo placens inter ſacram confeſſionē cruoremque, coram impijs Romana tum ſtigmata cū horribili fantaſia, præferentibus, ſignoru miraculis mirabiliter adornatus eſt, ut oratione feruenti, inſtar Iſraeliticæ arentis uiæ minusque tritæ, ſtantē diu arca prope glareas teſtamenti, in medio Iordanis Canali, iter ignotū trās Thameſis nobilis fluuij alueum cum mille uiris, ſicco ingrediēs pede, ſuſpenſis utrinq; more præruptorum fluuialibus montium gurgitibus aperiret, & priorem carnificem tanta prodigia uidentem in agnum ex lupo mutaret, & una ſecum triumphalem martyrij palmam ſitire uehemētius, & excipere fortius faceret. Cæteri uero ſic diuerſis cruciatibus torti ſunt, & inaudita mēbrorum diſcerptione lacerati, ut abſque cūctamine glorioſi in egregijs Hieruſalem ueluti portis martyrij ſui trophea defigerent. Nam qui ſuperfuerant, ſyluis ac deſertis, abditiſq;

abditisque speluncis se occultauere expectantes a iu
sto rectore omnium deo carnificibus seuera quãdo-
que iudicia, sibi uero animarum tutamina. Igitur bi-
lustro supr adicti turbinis necdũ ad integrum exple
to, emarcescentibusque necis autorum nepharie edi
ctis, lætis luminibus omnes Christi tyrones, quasi
post hiemalem ac prolixam noctem, temperiem lucem
que serenam auræ cælestis excipiũt, renouant eccle
sias ad solum usque destructas, basilicas sanctorum
martyrum fundant, construunt, perficiunt, ac uelut
uictricia signa passim propalant, dies festos celebrãt
sacra mundo corde, oreque conficiunt, omnes exul-
tant filij gremio ac si matris ecclesiæ confoti, Mãsit
nanque hæc Christi capitis membrorum consonantia
suauis, donec Arriana perfidia atrox ceu anguis
transmarina nobis euomens uenena, fratres in unum
habitantes exitiabiliter faceret seiungi, ac sic quasi Hæreses diuo
uia facta trans Oceanũ, omnes omnino bestiæ feræ sa.
mortiferũ cuiuslibet hæreseos uirus horrido ore ui-
brantes letalia dentiũ uulnera patriæ noui semper ali
quid audire uolenti, & nihil certe stabiliter obtinen
ti infigebant. Itemque tandem tyrannorum uirgultis
crescentibus, & in immanem syluam iam iamq; erum
pentibus, insula nomen Romanum nec tamen morem
legemque tenens, quin potius abijciens germen suæ
plantationis amarissimæ, ad Gallias magna comitan
te satellitum caterua, Maximum imperatorijs insigni

bus quæ nec decenter uſquam geſſit nō legitime ſed ritu tyrānico initiatum mittit. Ille callida primum arte potius quam uirtute finitimos quoſque pagos, uel prouincias contra Romanum ſtatum, retia perurij mendacijque ſui facinoroſo regno adnectēs, & unā alarum ad Hiſpaniam, alteram ad Italiam extendens & thronum iniquiſſimi imperij apud Treueros Statuēs tanta inſania in domos debacchatus eſt, ut duos imperatores legitimos unum Roma, alterum religioſiſſima uita pelleret. Nec mora tam feralibus uallatus audacijs apud Aquileiam urbem capite nephāde cæditur, qui decorata totius orbis capita regno quo dāmodo deiecerat. Exin Britannia omni armato milite, militaribus copijs rectoribus licet immanibus ingenti iuuentute ſpoliata quæ comitata ueſtigia ſui pradicti tyranni domum nuſquam ultra rediit, & omnis belli uſu penitus ignara, duabus primum gentibus trāſmarinis uehemēter ſæuis, Scotorū a Circio, Pictorum ab Aquilone calcabilis multos ſtupet gemetq; annos, ob quarum infeſtationem, ac diriſſimā depreſſionem, Legatos Romam cum epiſtolis mittit, militarem manum ad ſe uindicandam lachrimoſis poſtulationibus poſcens & ſubiectionem ſui Romano imperio continue tota animi uirtute ſi hoſtis longius arceretur, uouens, Cui mox deſtinatur legio praeterti mali immemor, ſufficienter armis inſtructa, quæ ratibus trans Oceanum in patriam aducta, & comi

nus cum

Maximi tyrannidem nota.

Duos Imperatores uidelicet Gratianū & Valentinianum.

ttres. Gratianus Lugduni pprimitur a Maxi.

Brit. omni militū robore per Max. nudata.

Brit, a Scotis Pictisq; infeſtati, Ro. auxū petūt.

nus cum grauibus hostibus congressa, magnamq; ex eis multitudinem cernens, & omnes e finibus depulit, & subiectos ciues tã atroci delaceratione ex imminenti captiuitate liberauit, quos iussit construere inter duo maria, trans insulam, murum, ut esset arcẽdis hostibus a turba instructus terrori, ciuibusque tutamini quia uulgo irrationabili absque rectore, factus non tam lapidibus quam cespitibus non profuit. Legione autem domum cum triumpho magno, & gaudio repedante illi priores inimici acsi Ambrones lupi profunda fame rabidi siccis faucibus ouile circunsilientes non comparente pastore alis remorũ remigumq; bracchijs ac uelis uentorum plenis uecti terminos rumpunt, cæduntque omnia, & quæ quæ obuia maturam ceu segetem metunt, calcant, transeunt. Iterũque mittuntur queruli legati, scissis, ut dicitur, uestibus, opertisque sablone capitibus, impetrantes a Romanis auxilia, ac ueluti timidi pulli matrum fidissimis alis succumbentes, ne penitus misera patria deleretur, nomenque Romanum quod uerbis tantum apud eos auribus resultabat, uel exterarum gentium opprobrio obrosum uilesceret. At illi quantum humanæ naturæ possibile est commoti tantæ historia tragœdiæ, uolatus ceu aquilarum, equitum in terra, nautarum in mari cursus accelerantes iopinatos primum tãdem terribiles inimicorum ceruicibus infigunt mucronum ungues, casibus quæ foliorum

Murus ad arcendos hostes Brit. factus.

Recens Scot. Pictorũq; ic sus in Brit.

Romani de r uentũt auxi Brit.

tempore certo assimilandam his dem peragunt stragem, ac ut montanus torrens crebris tempestatum rivulis auctus, sonoroque meatu alueos exundans uno obiectas sibi euincit gurgite moles, ita æmulorum agmina auxiliatores egregij si qua tamen euadere potuer ãt præpropere trãs maria, fugauerũt, quia anni uersarias aude prædas nullo obsistente, trans maria exaggerabant. Igitur Romani patriæ denunciãtes nequaquam se tam laboriosis expeditionibus posse frequentius uexari, & ob unbelles erraticosque latrunculos, Romana signa tantum talemque exercitum terra ac mari fatigari, sed ut potius sola cõsuescendo armis ac uiriliter dimicando terram substantiolam, coniuges, liberos, & quod his maius est, libertatem uitamque totis uiribus uindicaret, & gẽtibus nequaquã se fortioribus nisi segnitia & torpore dissolueretur, inermes uinclis uinciẽdas nullo modo, sed instructas peltis, ensibus, hastis, & ad cædẽ prõptas protenderet manus, suadẽtes, & quia hoc putabant aliqd derelinquẽdo populo cõmodi adcrescere, murũ non ut alterum sumptu publico priuatoque, aduenctis, secum miserabilibus indigenis, solito structuræ more, tramite a mari usque ad mare inter urbes, quæ ibidem fortẽ ob metũ hostũ collocatæ fuerant, directo ædificant, fortia formidoloso populo monita tradunt, exẽplaria instituendorũ armorum relinquũt. In littore quoque Oceani ad meridianam plagã, quo

castigant
tannos, hor-
turq; ad mili
a colendam.

ueri instaura-

naues

naues eorum habebantur, quia et inde Barbaricæ fe
ræ bestiæ timebantur, turres per interualla ad pro-
spectum maris collocant, ualedicunt, tanquam ultra
non reuersuri. Itaque illis ad sua remeãtibus, emer-
gunt certatim de Carruchis, quibus sunt trãs Styti
cam uallem euecti, quasi in alto Titane, incalescente-
que caumate, de arctissimis foraminum cauerniculis
fusci uermiculorum cunei, tetri Scotorum Pictorum
que greges moribus ex parte dissidentes, & una ea-
demq; sanguinis fundendi auiditate concordes, fur
ciferosque magis uultus pilis, quam corporum pudẽ
da, pudendisque proxima uestibus tegentes, cognita
que condebitorum reuersione, & reditus denegatio
ne, solito confidentiores omnem, aquilonalem, extre-
mamque terræ partem pro indigenis murotenus ca-
pessunt. Statuitur ad hæc in edito arcis acies segnis
ad pugnam, inhabilis ac trementibus precordijs in-
epta, quæ diebus ac noctibus stupido sedili marcebat
Interea non cessant uncinata nudorũ tela, quibus mi
serrimi ciues de muris tracti solo allidebantur, hoc
scilicet eis proderat immaturæ mortis supplicũ, qđ
qui tali fumere rapiebantur, fratrum pignorumque
suorum miserandas imminentes pœnas cito exitu de-
uitabant. Quid plura? relictis ciuitatibus, muroque
celso, iterum illis fugæ, iterum dispersiones solito
desperabiliores, item ab hoste insectationes, item stra
ges accelerantur crudeliores, & sicut agni a lanio

Scotorũ Pictorumq; mores.

Iidem in insul
sibi sedes con
parant.

Brit. ignauiam
cædẽ, ac fugã
nota.

nibus, ita defendi ciues ab inimicis discerpuntur, ut commoratio eorum ferarum assimilaretur agrestiū, nam & ipsis mutuo nec pro exigui uictus breui sustē taculo, miserrimi ciues latrocinando temperabant, et augebātur externæ clades domesticis motibus, quod huiuscemodi tam crebris direptionibus uacuarentur omnis regio, totius cibi baculo excepto uenatoriæ artis solatio, Igitur rursum miseræ mittentes epistolas reliquiæ ad Aetium Romanæ potestatis unum, hoc modo loquentes. Aetio ter consuli gemitus Britannorum, & post pauca, quærentes inquiunt. Repellunt nos Barbari ad mare, repellit mare ad Barbaros. Inter hæc, oriuntur duo genera funerum, aut iugulamur, aut mergimur, nec pro eis quicquā adiutorij habētes. Interea fames dira ac famosissima uagis ac nutabundis hæret, quæ multos eorum crudelitis cōpulit prædonibus sine dilatione, uictas dare manus, ut pauxillum ad refocillandam animam cibi caperēt, alios uero nusquam, quin potius de ipsis montibus, speluncis ac saltibus, dum conferti continuo rebellabant. Et tum primum inimicis per multos annos prædas agentibus strages dabant, non fidentes in homine, sed in Deo, secundum illud Philonis. Necesse est adesse diuinum, ubi humanum cessat auxilium. Quieuit parumper inimicorum audacia † nec tamē nostrorum malitia. Recesserant hostes a ciuibus, nec ciues a suis sceleribus. Moris nanque continui

gentis

culus cibi, id
, sustentacu-
lum uitæ in
natione con-
ebat, all. fa-
m.

it. ab Aetio
ē Honorius
lliæ præfec
t, opem iplo
nt, & nō im-
nt
edit insulanis
præcordia
rius.

Nec tamē no.
xiis uerbis,
is cōstas Gil-

gentis erat, sicut et nunc est, ut infirma esset ad retū
denda hostium tæla, & fortis esset, ad ciuilia bella,
& peccatorum onera sustinenda, infirma, inquam, ad
exequenda pacis ac ueritatis insignia, & fortis, ad
scelera & mendacia. Reuertuntur ergo impudentes
grassatores Hyberni domum, non longo post tempo
re reuersuri. Picti in extrema parte insulæ, tunc pri-
mum & deinceps requieuerunt, prædas & conten-
tiones nōnunquam facientes. In talibus itaque indu-
cijs desolato populo sæua cicatrix obducitur famis,
alia uirulentiore tacitæ pullulātę. Quiescente autem
uastitate, tantis habundantiarum copijs insula affluе
bat, ut nulla habere tales retro ætas meminisset, cum
quibꝫ omnimodis et luxuria crescit, creuit etenī ger
mine præpollentī, ita ut cōpetenter eodem tempore
diceretur. Omnino talis auditur fornicatio, qualis
nec inter gentes. Nō solū uero hoc uicū, sed & oia
quæ humanæ naturæ accidere solent, & præcipue
quod & nūc quoqꝫ in ea totius boni euertit statum,
odium ueritatis, cū assertoribus, amorꝙ mēdacij, cū
suis fabricatoribus, susceptio mali, ꝓ bono, ueneratio
neqtiæ, pro benignitate, cupido tenebrarū, pro sole,
exceptio Satanæ, ꝓ angelo lucis. Vnguebātur reges
nō per dominū, sed, ꝙ cæterꝫ crudeliores existerēt, et
paulo post ab unctoribus nō pro ueri examinatione,
trucidebantur, alijs electis trucioribus. Si quis uero
eorū mitior, et ueritati aliquatenus ꝓprior uideretur

dam fuisse h
mmem Brit:ān.
cū Brit. uoc: e
hoc loco suos
&c.
Nota Scotum
Hyberniæ in
genam.
Pictorū sede

Reflorēt om

Mala paulati
obrepunt
rempub.

De regum u
ctione. cæde

in hunc quasi Britanniæ subuersorem omniumodia tæ
laque sine respectu, cōtorquebantur, & omnia quæ
displicuerint, deoq; placuerint, æquali saltē lance pen
debantur, si nō gratiora fuissent displicētia, ita ut me
rito illud patriæ propheticum, quod ueteri illi popu-
lo denunciatū est, potuerit aptari. Filij inquiens sine
lege, dereliquistis deū, & ad iracūdiam prouocastis
sanctū Israel. Quid adhuc percutiemini apponentes
iniquitatē? omne caput languidū, & omne cor mœ
rēs, a plāta usq; ad uerticē, nō est ī eo sanitas. Sic age
bant cuncta, quæ saluti contraria fuerint, ac si nihil
mundo medicinæ a uero omniū medico largiretur, et
nō solum hæc seculares uiri, sed & ipse grex domini
eiusque pastores, qui exemplo esse omni plebi debue-
rint ebrietate quam plurimi quasi uino madidi torpe
bant resoluti, & animositatum tumore, iurgiorum cō
tentione inuidiæ capacibus ungulis, indiscreto boni
maliq; iudicio carpebātur, ita ut pspicue sicut et nūc
est, effundi uideretur contentio super principes qui
eos facerent errare in inuio, & non in uia. Interea
uolente deo purgare familiam suam, & tanta malo-
rum labe infectam auditu tantum tribulationis emē-
dare, non ignoti rumoris penniger ceu uolatus arre
ctas omnium penetrat aures, iam iamq; aduentus ue
terū hostium uolentium penitus delere, & inhabita
re solito more, a fine usq; ad terminum, regionē, ne-
quaq̄ tamen ad hoc proficiūt, sed cōparati iumentis
insipienti

it. licet essent
timore redit3
ptorū, tamen
abstinuere
nus a uitijs.

insipientibus, strictis ut dicitur morsibus, rationis frenum obfirmantes per latam diuersorum uitiorū ad mortem procliue ducentem, relicto salutari licet arcto itinere discurrebant uiam. Dum ergo ut Solomō ait, seruus durus non emendatur uerbis, flagellatur stultus & non sentit, pestifera nanque lues feraliter insipienti populo incumbit, quæ in breui tantam eius multitudinē remoto mucrone sternit, quantā ne possint uiui humare. Sed ne hac quidem emēdatur, ut illud Esaiæ pphetæ in eo quoq; impleretur dicentis. Et uocauit deus ad planctū, & ad calui tiū & ad cingulū sacci, ecce uitulos occidere & iugulare arietes ecce manducare, et bibere, & dicere. Māducemus, & bibamus, cras enim moriemur. Appropinquabat siquidem tēpus, quo eius iniqtates ut olim Amorreorum, cōplerentur, initur nanq; consilium, quid optimum quidue saluberrimum ad repellendas tam ferales & tam crebras supradictarū gentium irruptiones prædasque decernu deberet. Ibi omnes cōsiliarij una cum superbo tyranno cæcantur, edinuenientes tale præsidiū, imo exciditū patriæ, ut ferocissimi illi nefandi nominis Saxones deo hominibusq; iuisi quasi in caulas lupi in insulam ad retundendas aquilonares gentes, intromitterentur. Quo utiq; nihil ei usq; perniciosius, nihilque amarius factum est. O altissimam sensus caliginem, o desperabilem crudamque mentis hebetudinem, quos propensius mortæ, cum abessent

Pestilentiam nota.

Consilū Vortigerij, quem auctor tyrannū uocat, de cōducendis Anglis Saxonibus.

abessent, tremebant sponte, ut ita dicam, sub unius tecti culmen, inuitabant, stulti prnicipes, ut dictum est, Tancos dantes Pharaoni consilium insipiens. Tum erumpens grex catulorum de cubili leænæ barbariæ, tribus ut lingua eius exprimitur, Cyulis, nostra, longis nauibus, secundis uelis omine, augurijsque, quibus per uates canebatur, certo apud eũ præsagio, quod ter centũ ãnos, patriam cui proras librabat, insideret, C. uero. L. hoc est, dimidio temporis, sæpius uastaret, euectus primum in orientali parte insulæ, iubente infausto tyranno, terribiles infixit ungues, quasi pro patria pugnaturus, sed eam certius impugnaturus. Cui supradicta genitrix compe-riens primo agmini fuisse prosperatum, item mittit satellitum canumque prolixiorem cateruam, quæ ratibus aduecta adunatur cum manupularibus spurijs, inde germen iniquitatis, radix amaritudinis, uirulenta plantatio nostris condigna meritis, in nostro cespite ferocibus palmitibus pampinisque pullulat. Igitur intromissi in insulam Barbari ueluti milites, & magna, ut mentiebantur, discrimina pro bonis hospitibus, subituri impetrant sibi annonas dari, quæ multo tempore impertitæ clauserunt, ut dicitur, canis faucem. Item quæruntur non affluenter sibi epimenia contribui, occasiones de industria colorantes, & ni profusior eis magnificentia cumularetur, testantur se cuncta insulæ, ru

pto fœ

Vãticinium attende.

Anglorum Sax. ductus in insulam.

Genitrix, id est, Saxonia mittit alteram militum manst in insulã, nota.

Epim. Vox græca, pro stipendio ponitur.

pto fœdere, depopulaturos. Nec mora, minas effectibus prosequuntur, consouebatur namque ultionis iustæ præcedentium scelerum causa, de mari usque ad mare, ignis orientali sacrilegorum manu exaggeratus finitimas quasque ciuitates, agrosque populans, non quieuit accensus, donec cunctam pene exurens insulæ superficiem, rubra occidentalem trucique Oceanum lingua delamberet. In hoc ergo impetu simili assyrio olim in Iudam facto, completur quoque in nobis secundum historiam, q̃d propheta deplorans ait. Incenderunt igne sanctuarium tuum, in terra polluerunt tabernaculum nominis tui, & iterum. Deus uenerunt gentes in hæreditatem tuam, coinquinauerunt templum sanctum tuũ. &c. Ita ut cunctæ coloniæ crebris arietibus, omnesq; coloni, cum præpositis ecclesiæ, cũ sacerdotibus, ac populo, mucronibus undique micantibus, ac flammis crepitantibus, simul solo sternerẽtur, & miserabili uisu, in medio platearum, una turrium cardine auulso, murorumque celsorum saxa, sacra altaria, cadauerum frusta crustis purpurei cruoris tecta uelut in quodam horrendo torcular i mista uiderentur, & nulla esset omnimodis præter domorum ruinas, bestiarum uolucrumque uẽtres, in medio sepultura, salua sanctarum animarum reuerentia, si tamen multæ inuentæ sint, quæ ad ardua celi id temporis a sanctis angelis uehereẽtur. Ita eni degenerauerat tũc umea illa olim

Saxonum perfidia, crudelitasq; in Brit. hospites suos.

Stragem hominum locorumq; inspice.

illa olim bona, in amaritudinem, uti raro ſecundum prophetam uideretur quaſi poſt tergum uindemiatorum, aut meſſorum, racemus uel ſpica. Itaque nonnulli miſerarum reliquiarum in montibus deprehēſi aceruatim iugulabantur, alij fame confecti accedentes, manus hoſtibus dabant in æuum ſeruituri, ſi tamen non continuo trucidarentur, quod altiſſimæ gratiæ ſtabat loco. Alij tranſmarinas petebant regiōes, cum ululatu magno, ceu celeuſmatis uice, hoc modo ſub uelorum ſinibus, cantantes. Dediſti nos tanquā oues eſcarum, & in gentibus diſperſiſti nos. Alij mōtanis collibus, minacibus præruptis, uallatis & denſiſſimis ſaltibus marinisq; rupibus uitā ſuſpecta ſemper mentē, credētes in patria licet trepidi perſtabāt. Tempore igitur interuenente aliquanto, cum receſſiſſent domū crudeliſſimi prædones, roboratæ a deo reliquiæ quibus ſe coniungunt undique de diuerſis locis miſerrimi cives tam auide, quam apes aluearijs procella iminente, ſimul deprecantes cum toto corde, et ut dicitur, immuneris onerantes æthera uotis, ne ad internitionem uſque delerentur, duce Ambroſio Aureliano uiro modeſto, qui ſolus forte Romanæ gentis tantæ tempeſtatis colliſioni occiſis in eadem parentibus, purpura nimirum indutus ſuperfuerat, cuius nunc temporibus noſtris ſoboles magnopere auita bonitate degenerauit. Vires capeſſunt uictores prouocantes ad prælium, quibus uictoria domino annuente,

rit. fuga.

mara cantilena.

mbroſius Aurelianus homo
. dux Britanrum in Saxo-
s.

mente, ex uoto, ceßit, & ex eo tempore nũc ciues, nũc hoſtes uincebant, ut in iſta gente experiretur dominus ſolito more præſentem Iſraelem, utrũ diligat eũ, an non, uſque annũ obſeßionis Badonici montis, nouiſſimæq; ferme de furciferis nõ minimæ ſtragis. qui & meæ natiuitatis eſt, ſed nec nunc quidem ut antea ciuitates patriæ inhabitantur, ſed deſertæ diutæq; hactenus ſqualent, ceſſantibus licet externis bellis, ſed non ciuilibus. Hæſit etenim tã deſperati inſulæ excidij, inſperatique mentio auxilij memoriæ eorum, qui utriuſque miraculi teſtes extitere, & ob hoc, reges, publici, priuati, ſacerdotes, eccleſiaſtici ſiãi quiq; ordinem ſeruarunt. At illis decedentibus, cum ſucceſſiſſet ætas tẽpeſtatis illius neſcia, et præſentis tantũ ſerenitatis nõ expers, ita cuncta ueritatis ac uſticiæ moderamina cõcuſſa ac ſubuerſa ſunt, ut earum non dicam ueſtigium, ſed ne monimentum quidem in ſuprad.ctis propemodun ordinibus appareat, exceptis paucis, & ualde paucis, qui ob amiſſionẽ tantæ multitudinis, quæ cotidie prona ruit ad tartara, tan breuis numeri habentur, ut eos quodammodo uenerabilis mater eccleſia in ſuo ſinu recumbẽtes non uideat, quos ſolos ueros filios habet. Quorum ne quis me egregiam uitan omnibus admirabilẽ, deoq; amabilem carpere putet, quibus noſtra infirmitas in ſacris orationibus, ut non penitus collabatur, quaſi columnis quibuſdam ac fulcris ſaluberrimis ſuſtẽtatur

Badonicus mons.

Gildas naſcitur

Aetas peior aliis ſuccedit &c.

Bonorũ paucitas, propter furorem perſequẽtium Chriſtianos

ſi qua

si quis liberius de his imo lugubrius cumulo malorum compulsus, qui seruiunt non solum uentri, sed & diabolo potius, quam Christo, qui est benedictus in secula Deus, non tam disceptauero, quam deflebo. Quippe quid cælabunt ciues, quod non solum norunt, sed exprobrant iam in circuitu nationes? Reges habet Britannia, sed tyrannos, iudices habet, sed impios, sæpe prædantes, & concutientes innocentes, uindicantes, & protegentes, sed reos & latrones, quam plurimis coniuges habentes, sed scortantes, crebro iurantes, & periurãtes, uouentes, & continuo propemodum mentientes, belligerantes, sed ciuilia & iniusta bella agentes, per patriam quidem fures magnopere insectãtes, & eos qui secum admẽsam sedent, non solum amãtes, sed & munerantes, eleemosynas largiter dãtes, sed e regione immensum montem scelerum exaggerantes, in sede arbitri sedẽtes, sed raro recti iudicij regulã quærẽtes, innoxios humilesq; despicientes, sanguinarios, superbos, parricidas, commanipulares, et adulteros Dei inimicos si fors, ut dicitur, tulerit, qui cum ipso nomine, certatim delendi erant, ad sydera prout possunt, efferẽtes, unctos plures in carceribus habentes, quos dolo siu potius q̃ merito proterunt, catenis onerantes, inter altaria, iurando demorantes, et hæc eadem ac si lutulenta paulo post saxa despicientes. Cuius tam nefandi piaculi non ignarus est immunda leæna Damno-

Britt. plures habere uxores.

nia

niæ tyrannicus Catulus Constantinus, quì hoc anno post horribile uiuamenti sacramentum, quo se deuinxit, ne quaquam dolos ciuibus, deo primum iureque iurando sanctorum demum choris, et genitrice comitantibus, factiorum, in duarum ueneraudis matrum sinibus, ecclesiæque carnalis sub sancto abbate Amphibalo, latera regiorum tenerrima puerorum, uel præcordia crudeliter diuum totidemque nutritorum, inter ipsa, ut dixi, sacrosancta altaria, nefando ense, hastaq; pro dentibus lacerauit, quorum brachia nequaquam armis quæ nullus pene hominum fortius hoc eis tempore tractabat, sed deo altarique protenta in die iudicij, ad tuæ ciuitatis portas Christe uenerãda patiẽtiæ ac fidei suæ uexilla suspẽdent, qui ita sacrificij cœlestis sedem purpurea ac si coagulati cruoris pallia texerunt. Et hoc ne post laudãda quidẽ merita, egit, nã multis ante annis, crebris alternatisque fœtoribus adulteriorum uictus legitima uxore contra Christi magistrique Gentium interdictum, depulsa, dicentium. Quod Deus coniunxit, homo non separet. Et uiri diligite uxores uestras. Amarissima enim quoddam de uitæ Sodomorũ, in cordis sui infructuosa bono semini gleba sirculamen incredulitatis & insipientiæ plantauerat, quod uulgatis domesticisque impietatibus uelut quibusdam uenenatis imbribus irrigatum, & ad Dei offensam, auiduus se erigens

Const. rex, q̃ secundũ Gaufredũ, Arthuro successit, de quo Gildas nihil meminit.

Eiusdem facinora.

parri

parricidij ſacrilegijq; crimen produxit in mediũ, ſed nec adhuc priorum retibus malorum expeditus, priſcis recentia auget malis. Age iam, quaſi præſentem arguo, quem adhuc ſupereſſe nõ neſcio: Quid ſæue ſtupes animæ carnifex propriæ? quid tibi flãmas inferni uoluntarie accendis nequaquã defectura? qd inimicorum uice, proprijs te confodis ſponte enſibꝰ, haſtis? an ne ipſa quidem uirulenta ſcelerum acſi pocula pectus tuum ſatiare quiuerunt? Reſpice quæſo & ueni ad Chriſtum ſiquidem laboras, & immenſo pondere curuaris, & ipſe te ut dixit, requieſcere faciet, ueni ad eum, qui non uult peccatoris mortẽ, ſed ut cõuertatur, & uiuat. Diſſolue ſecundum prophetam, uincula colli tui fili Sion, redi rogo e longinqꝫ licet pctõrũ receſſibus, ad pientiſſimũ patrẽ, q̃ filios porcorũ ſordidos, cibos deſpicietĩ ac pertimeſcentĩ diræ famis mortem, & reuerentĩ ſibi lætus occidere conſueuit uitulum ſaginatum, & proferre primam errantĩ ſtolã, & regium annulum, ut tunc ſpei cœleſtis ac ſi ſaporem præguſtans ſentiret quam ſuauis eſt dominus. Nam ſi hæc contempſeris, ſcias te inextricabilibus tenebroſiſque ignium torrentibus iam iamque inferni rotandum urendumque: Quid tu quoque ut propheta ait, catule leonine Aurelli Conane agis? nonne eodem quo ſupradictus, ſi non exiciabiliore parricidiorum, fornicationum, adulteriorumq; cœno, uelut quibuſdam marinis irruentibus tibi uoraris

Autor Conſt. hortatur ut reſipiſcat.

Increpatio in Aurelium Conanum regem, Conſt. ſucceſſ.

ris feraliter undis? nonne pacem patriæ mortiferum ceu serpentem odiens, ciuiliaq; bella & crebras inuiste prædas sitiens animæ tuæ cœlestis portas pacis ac refrigerij præcludis? Relictus quæso iam solus ac si arbor in medio campo aresçens, recordare patrum fratrumque tuorum superuacuam fantasiam uenilem immaturamq; mortem. Num centenis tu ob religiosa merita, uel coeuus Mathusale exceptus ex omni ple seruaberis? nequaq̃. Sed nisi citius ut Psalmista ait. cõuersus fueris ad dominũ, ensẽ in te uibrabit in breui suum rex ille, qui per prophetã. Ego inquit, occidam, & ego uiuere faciam, percutiam, & ego sanabo, & non est, qui de manu mea possit eruere. Quamobrem excutere de fœtido puluere tuo, & conuertere ad eum toto corde, qui creauit te, ut cũ exarserit in breui ira eius, beatus sis sperans in eum, sin alias æternæ te manebunt pœnæ conterendum sæua continue, & nequaquam absumendum tartari face. Quid tu quoque Pardo similis moribus & nequitijs discolor, canescente iam capite, in throno dolis pleno, & ab imis uerticetenus diuersis parricidijs et adulterijs constuprato, boni regis nequã fili, ut Ezechiæ Manasses, Demetarum tyranne Vortipori, stupide riges? quid te tam uiolenti peccatorum gurgites quos ut unum optimum sorbes, imo tu ab eis uoraris, appropinquante sensim uitæ limite, non satiãt? quid quasi culminis malorum omnium stupro, ppria

In Vortiporiũ Demetarum ty gem monitio.

tua amota coniuge, eiusdēq; honesta morte impuden
tis filiæ, quodam ineluctabili pondere miserā animā
oneras? Ne consumas quæso dierum quod reliquum
est, in Dei offensa, quia nunc tempus acceptabile, et
dies salutis uultibus pœnitentium lucet, in quo bene
operari potes, ne fiat fuga tua hyemie, uel sabbato,
Diuerte secundum Psalmistā, a malo, & fac bonū,
inquire pacem bonā, & sequere eam, quia oculi do
mini super te bona agentē, & aures eius erunt in
preces tuas, & non perdet de terra uiuentium me
moriam tuam, clamabis, & exaudiet te, & ex omni
bus tribulationibus tuis eruet te. Cor siquidem con-
tritum & humiliatū timore eius nusq̄ Christus sper
nit. Alioquin uermis tortionis tuæ nō morietur, &
ignis ustionis tuæ nōn extinguetur. Vt quid in nequi
tiæ tuæ uolueris uetusta fece, & tu ab adolescētiæ
annis, urse multorum sessor, aurigaq; currus rece-
ptaculi ursi, dei contemptor, sortisq; eius depressor
Cuneglase Romana lingua, lanio fulue? quare tantū
certamē tam hoībus q̄ Deo præstas? hominibꝫ ciuibꝫ
scilicet armis specialibꝫ, deo infinitꝫ scelerib3, qd præ
ter īnumerabiles casus, propria uxore pulsa furcife
rā germanā eius perpetuā deo uiduitatꝫ castimoiā
promittētē, ut Poeta ait, summā ceu teneritudinē cœ
licolarū nympharū, tota animi ueneratiōe ul' potiꝫ he
betudīe cōtra interdictū apostoli denegātꝫ posse adul
teros regni cœlestis esse municipes, suspicis? quid
gemitus

Cuneglasi ca-
tigatio.

De libidine eius
dem.

gemitꝫ atq; suspiria sctōrū ꝓpter te corporaliter mœ
rentium uice immanis leænæ dentium. ossa tua quan
doque fractura crebris instigas iniurijs? Desine quæ
so, ut propheta ait, ab ira, & derelinque exitiabilē ac
temetipsum maceraturum, quem cœlo ac terræ hoc
est Deo gregique eius spiras, furorem, fac eos po-
tius mutatis pro te orare moribus, quibus potestas
suppetit supra mundum alligandi, cū in mundo reos
alligauerint, & soluendi, cum pœnitentes soluerint.
Noli ut ait Apostolus, superbe sapere, uel sperare in
incerto diuitiarum, sed in Deo, qui præstat tibi mul-
ta abunde, ut per emendationem morum, thesaurizes
tibi fundamentum bonum in futnrum, & habeas ue
ram uitam perennem, profecto non deciduam, alio-
quin scies, & uidebis etiam in hoc seculo, quam ma-
lum & amarum sit reliquisse te dominum Deum tu
um, & non esse timorem eius apud te, & in futuro
tetro ignium globo æternorum te exuri, nec tamen
ullo modo mori. Siquidem tam sceleratorum animæ
sunt immortales igni perpeti, quam sanctorum læ-
titiæ. Quid tu etiam insularis draco, multorum ty-
rānorum depulsor tam regno q̄ etiam uita, supra-
dictorum nouissime in nostro stylo prime in malo, ma
ior multis potentia, simulque malicia, largior in dan-
do, profusior in peccato, robuste armis, sed animæ
fortior excidijs Maglocune, in tam uetusto scelerum
atramento, ueluti madidus uino de Sodomitana uite

Salutaria moni-
ta.

Sententia men
rabilis

In Maglocu
regē rephens

expreſſo, ſtolide uolutaris? quare tantas peccaminum regiæ ceruicis ſponte, ut ita dicam, ineluctabiles celſorum ceu montium inuectis moles? Quid te non ei regum omnium regi a quo cunctis pene Britanniæ ducibus tam regno factus es, quam ſtatus liniamẽto editior, exhibes cæteris moribus meliorem, ſed uerſa uice, deteriorem? quorum indubitatam æquanimiter conuitiorum auſcultato parũper adſtipulationem omiſſis domeſticis, leuioribuſque, ſi tamẽ aliqua ſunt leuia, propalata longe lateq; per auras admiſſa teſtatur an. Nonne in primis adoleſcentiæ tuæ annis, auũculum regem cum fortiſſimis propemodum militibus quorum uultus non catulorum leonis i acie magnopere diſpares uiſebantur, acerrime enſe, haſta, igni oppreſſiſti? parum cogitans propheticum dictũ. Viri ſanguinũ & doloſi non dimidiabunt dies ſuos. Quid pro hoc ſolo, retributionis a iuſto iudice ſperares? et ſi non talia ſequerentur, quæ ſecuta ſunt, itidem dicentæ per prophetam. Væ tibi, qui prædaris, nonne & ipſe prædaberis? & qui occidis, nõne & ipſe occideris? & cum deſiueris prædari, tunc cades? Nonne poſtq; tibi ex uoto uiolenti regni fantaſia ceſſit, cupiditate inuecta, ad uiã reuertendi rectam, diebusq; ac noctibus id temporis conſcientia fortæ peccaminum remordente, de deifico tenore monachorumq; decretis, ſub dente primum multa ruminans, dein popularis auræ cognitionem proferens, monachum ſine

Crudele Mag. facinus.

dem monachꝫ fficitur

ullo infidelitatis, ut aiebas, respectu perpetuo uouisti? coram omnipotente deo, angelicis uultibus, humanisq; fractis, ut putabatur, moduli tui capacissimis illis quibus præcipitanter imuolui solēt pingues tauri, retibus. Item omnis regni, auri, argenti, & quod his mauis est, propriæ uoluntatis distinctionibus ruptis, & tetē ac si stridulo cauum lapsu aerem ualide secantem, sæuosq; rapidi harpagones accipitris sinuosis flexibus uitantem, ad sanctorum tibi magnopere fidas speluncas, refrigeriaque salubriter rapuisti ex coruo columbam? O quanta ecclesiæ matri lætitia, si non te cunctorū mortalū hostis de sinu quodāmodo eius, lugubriter abstraxisset, foret? O q̄ profusus spei cœlestis fomes desperatorum cordibus te in bonis permanente, inardesceret? O qualia, quantaq; animam tuam regni Christi præmia in die iudicij manerent, si non lupus callidus, ille agnum ex lupo factum te ab ouili dominico, non uehementer imutum facturus lupum ex agno sibi similē rapuisset? O quātam exultationem pio omnium patri Deo sanctorum tua salus seruanda præstaret? si non te cunctorū perditorum infaustus pater ueluti magnarum aquila alarum unguiumq; dæmon ad infelix filiorum suorū agmen, contra ius fasq; rapuisset? Ne multa, tantum gaudij ac suauitatis tum cœlo terræq; tua ad bonam frugem, conuersio, q̄tum nunc mœroris ac luctus ministrauit ad horribilem more molossi ægri, uomitum

Magl. ordinem monasticū repudiat.

Hostis, id est, diabolus

nefanda † reuersio. Quā peracta, exhibentur membra arma iniquitatis peccato, ac diabolo, quæ oportuerat saluo sensu, aude exhiberi arma iustitiæ deo. Arrecto auium auscultantur captu nō Dei laudes, canora Christi tyronū uoce suauiter modulātę, neq; ecclesiasticæ melodiæ, sed propriæ, quæ nihili sunt, farciferorum refertæ mēdacijs, simulq; spumāti flegmate pximos quosq; fœdaturo, præconu ore ritu bachantiū concrepante, ita ut uas Dei quōdā ministerio præparatū uertatur in zabuli organū, quodq; honore cœlesti putabatur dignū, merito pyciatur in tartari baratrū. Nec tamē tantis malorū offendiculis tuus hebetatus insipiētiæ cumulo uelut quodā obice tardatur, sed feruidus ac si pullus amœna quæquæ impagrata putās per extēsos scelerū campos, urreuocabili furore raptatur, augēdo priscis noua piaculis spernūtur nāq; primæ post monachi uotū irritū, illicitæ licet, tā propriæ cōiugis præsumptiuæ nuptiæ, alia uiri uiuētis non extermi sed fratris filij adamata, ob quæ dura ceruix illa multis iam peccaminū fascibus onerata bimo, parricidali ausu, occidēdo suprad ctū, uxorēq; tuam aliquādu a te habitam, uelut summo sacrilegij tui culmine, de imis ad inferiora curuatur. Dehinc illā cuius dudū colludio ac suggestione tantæ sunt peccatorū subitæ moles, ut etiā publicæ fallaces parasitorū linguæ tuorū cōclamāt, summis tamē labijs nō ex intimo cordis, legitimo, utpote uiduatam to

† Reuersio. Alluditur ad prouerbiū, Canis reuertitur ad uomitum, nā molossus canis optimus est natus in Molossa Epiri regione.

Scelera Magl. multiplicia.

duatā thoro, sceleratissimo adsciuisti cōmubio. Cuiꝰ igitur sancti uiscera tali stimulata historia non stati im fletus singultusq; prorumpant? quas sacerdos cuius cor rectū Deo patet, non statim hæc audiens magno cum ululatu, illud propheticū dicat? Quis dabit capiti meo aquā, & oculis meis fontem lachrymarū? & plorabo in die & nocte niterfectos populi mei. Heu siquidē parū auribus captasti propheticam obiurgationē ita dicentem. Væ uobis uiri impij, qui dereliqstis legem Dei altissimi, & si nati fueritis, in maledictionē nascemini, & si mortui fueritis, in maledictionē erit pars uestra. Omnia quæ de terra sunt, in terrā ibūt, sic impij a maledictione, in perditionē, subauditur, ibunt, si nō reuertātur ad dnm, exaudita saltem admonitione, Fili, peccasti, ne adijcias ultra, sed & de pristinis tuis depcare. Et iterū. Non tardes cōuerti ad dnm, neq; differas, de die in diē, subito enī uenit ira eius, quia ut scriptura ait. Rege audiēte uerbū iniquū, omnes q sub illo sunt, scelesti sunt. Nimirū rex, ut ppheta ait, iustus suscitat regionē. Sed monita tibi profecto non desunt, cum habueris præceptorem pene totius Britanniæ magistrum elegantem. Caueto igitur, ne tibi quod a Solomōe notatur, accidat, quasi qui excitat dormientem de graui somno, sic qui enarrat stulto sapientiam, in fine enim narrationis dicet. Quid primum dixeras? Laua a malitia tuum cor, sic dictum est Hierusalem, ut saluus sis,

Principis uicū omnibus cōmune est.

Autor perbene gne regem admonet &c.

ne contemnas quæso ineffabilem misericordiam Dei hoc modo per prophetam, a peccatis impios reuocãtis. Repente loquar ad gentem, & ad regnum, ut euellam, & dissipem, & destruam, & disperdam. Peccatorem hoc uehementer ad pœnitentiam hortatur, & si penitentiam egerit gens illa a peccato suo pœnitẽtiã, & ego agam super malo, quod locutus sum, ut facerem ei. Et iterum. Quis dabit, eis tale cor, ut audiant me, & custodiant præcepta mea, & bene sit eis omnibus diebus uitæ suæ? Itẽq; in cantico Deuteronomij. Populus, inquit, absq; consilio, & prudẽtia, utinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent, quomodo persequatur unus mille, et duo fugent decem millia. Et iterum in Euangelio dominus. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego uos requiescere faciam, tollite iugum meum, super uos, & discite a me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Nam si hæc surdis auribus audias, prophetas cotemnas, Christum despicias, nosq; licet uilissimæ qualitatis simus, nullius momenti ducas propheticũ illud syncera animi pietete seruantes utcunq;. Si non ego impleuero fortitudinem in spiritu, & uirtute domini, ut enũciem domui Iacob peccata eorum, & domui Israel scelera eorum, ne simus canes muti nõ ualentes latrare. Et illud Solomonis ita dicentis, Qui dicit impium iustum esse, maledictus erit populis, &

ntentia mento bilis.

odibi

odibilis gentibus, nam qui arguunt, meliora sperabunt. Et iterum. Non reuerearis proximū, in casum suum, nec retineas uerbum, in tempore salutis. Itēq; Erue eos, qui ducuntur ad mortem, & redimere eos qui interficiuntur, ne parcas, quia non proderunt, ut idem propheta ait, diuitiæ in die iræ, iustitia a morte liberat. Si iustus quidem uix saluus sit, impius et peccator ubi parebit? ille p̄fecto tenebrosus tartari torrens ferali rotatu, undisque acsi acerrimis, inuoluet semper cruciaturus & nunq̄ consumpturus, cui tūc erit sera inutilisque pœnæ oculata cognitio, ac mali pœnitudo, a quo in hoc tempore accepto, & die salutis, ad rectum uitæ iter differtur conuersio. Hic sane uel antea cōcludenda erat uti ne amplius loquerentur os nostrū opa hominū, tā flebilis hæc querulaq; malorum æui huius historia, sed ne formidolosos nos aut lassos putent, quominus illud Esaianū infatigabiliter canamus. Væ, qui dicūt Bonū malum, et malum bonum, ponentes tenebras in lucem, & lucem in tenebras, amarum in dulce, & dulce in amarum, qui uidentes, non uident, & audientes non audiunt, quorū cor crassa obtegitur quadam uitiorum nube, l. uet qd quantūq; minarum prophetica inclamitent, strictum edicere oracula, quibus ueluti pulchro tegmine opu sculi nostri uolumen, ita ut ne certatim irruituris inuidorum imbribus extet penetrabile, fidissime contegatur. Respondeant itaq; pro nobis, sancti uates nūc ut ātea,

Hactenus au
tor historiam c
siās tēporib3, i
ipe appellat,
secutus est, nū
ut suos Britan
nos a male age
do faciuus de
terreat, incip
prophetarū t
stimonia mina
plena citare

ut antea, qui os quodam modo Dei organumque spiritus sancti mortalibus prohibentes mala, bonis fauentes extitere contumacibus superbisque huius ætatis principibus, ne dicant, nos propria adinuentione & loquaci tantum temeritate, tales minas eis, tãtosque terrores incutere. Nulli nanque sapientium dubium est, quanto grauiora sint peccata huius temporis, quam primi, apostolo dicente. Legem quis trãsgrediens duobus medijs uel tribus testibus moritur, quanto putatis deteriora mereri supplicia qui filium Dei cõculcauerit? En primus occurrit nobis Samuel iussu Dei, legitimi regni stabilitor, Deo anteq̃ nasceretur, dedicatus, a Dan usq; ad Bethsabeæ, omni populo Israel ueridicus propheta, signis indubitanter admirandis notus, ex cuius ore spũs sanctus cunctis mundi potestatibus intonuit, denunciando primo regi apud Hebræos, dũtaxat Sauli, pro eo, quod quædam de mandatis domini, nõ cõpleuerit dicens. Stulte egisti, nec custodisti mãdata domini Dei tui, quæ præcepit tibi, quod si non fecisses, iam nũc pararet Deus regnum tuum super Israel in sempiternum, sed nequaquam regnum tuum ultra consurget. Quid rogo simile huius tẽporis sceleribus adulterium, ne, uel parricidiũ fecit? nullo modo, sed iussiõis ex parte mutationem, quia ut bene quidã nostrũ ait, nõ agitur de qualitate peccati, sed de transgressione mandati. Itaq; illũ obiecta uelut putabat, purgantẽ, & apologi-

Samuelis oracu de Saul rege.

as ut

as, ut generis humani moris est, sagaciter hoc modo adnectantē. Imo audiui uocem domini, & ambulaui in uia, per quā misit me, tali animaduersione multauit. Nunqd uult, inquit, dominus holocausta, aut uictimas, et nō potius ut obediatur uoci dñi? melior est enī obediētia, quā uictima, & audire magis q̄ oferre adipem arietū, quia sicut peccatū ariolandi est repugnare, ita quasi scelus idolatriæ, nolle acquiescere. Pro eo ergo qd abiecisti sermonē domini, abiecit & te, ne sis rex. Et post pauca. Scidit, iquit Deus regnū Israel a te hodie, & dedit illud proximo tuo meliori te. Porro triūphator in Israel nō parcet, & pœnitudine nō flectetur, neq; enī homo est, ut agat pœnitētiā, subauditur sup duris malorū præcordijs. Notandū ergo est, qd dixit, scelus idolatriæ esse, nolle deo acqescere, nō ergo sibi scelerati isti dū nō gentiū dijs pspicue litant, supplaudāt, siquidē conculcātes porcorū more, preciosissimas Christi margaritas idolatriæ sunt. Sed licet hoc unū exēplū ac si inuictꝫ adstipulator, ad corrigēdos iniquos abūde sufficeret, tamē ut in ore multorum testiū omne cōprobetur Britāniæ malū, transeamus ad cætera. Quid Dauid numerādo populū euenit? dicēte ad eū ppheta Gad. Hæc dicit dñs. Triū tibi optio datur elige unūqd uoluerꝫ ex his ut faciā tibi, aut septē annis ueniet tibi fames, aut tribus mensibus fugies aduersarios tuos, & illi te persequentur, aut certe tribus diebus erit pestilentia in terra

Idolatria.

Dauid pœnitentia.

in terrà tua. Nam arctatus talĩ cõditione, & uolens magis incidere in manus misericordis Dei, quam hominum. lxx. millium populi sui strage humiliatur, & pro contribulibus, apostolicæ charitatis affectu, ut illos plaga nõ tãgeret, mori optauit dicendo. Ego sum, qui peccaui, ego pastor iniquè egi, isti q̃ oues sunt, quid fecerunt? uertatur, obsecro, manus tua cõtra me, & contra domum patris mei, ut inconsydera tã cordis elationem propria morte piaret. Nã quid scriptura amplius de filio eius narrat? Fecit, inq̃ens Solomon, quod non placuerat corã domino, & nõ adimpleuit, ut sequeretur dominum, sicut pater eius. Dixit dominus ad eum. Quia habuisti hoc apud te, et non custodisti pactum meum & præcepta, quæ mandaui tibi, disrumpens scindam regnum tuum, & dabo illud seruo tuo. Quid duobus sacrilegis æque ut isti sunt, Israel regibus Hieroboæ & Baasæ accidit, audite, quibus sententia domini dirigitur per prophetam ita dicentis. Propter quod magnificaui te principem super Israel, quia exacerbauerunt me, in uanitatibus suis, ecce ego suscitabo post Baasam, & domum eius, & tradam domum eius sicut domũ Hieroboæ filij Nabath, qui mortuus fuerit, de suis, in ciuitate comedent eum canes, & mortuum corpus illius in cãpo comedent uolatilia cœli. Quid illi quoq; scelerato regi Israel istorum cõmanipulari cuius colludio & uxoris dolo, Naboth innocens propter paternam

ieroboam
asa.

hab regis sa
us.

ternam uineam, oppreßus est, sancto ore illius Heliæ atque ignifero domini alloquio instructo minatur? ita dicente, Occidisti insup & poßedisti, & post hæc, addes. Hæc dicit dominus. In loco hoc in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoq; tuum sanguinem. Quod ita factum fuiße, certißima ratione cognitum est. Sed ne forte secundum supradictũ Achab, spiritus mendax loquens uana in ore prophetarum uestrorum seducat uos, sermones Michæe prophetæ audiatis. Ecce permisit Deus spiritum mẽdacij in ore omnium prophetarum tuorum, q hic sunt & dominus locutus est contra te malum. Nã et nũc certum est aliquos eße doctores contrario spiritu repletos, & magis prauam uoluptatem quam ueritatẽ aßerentes, quorum uerba super oleum molliuntur, et ipsa sunt iacula, qui dicunt. Pax, pax, & non erit in peccatis permanentibus pax, ut alibi propheta dixit. Non est gaudere impijs dicit dominus. Azarias quoq; filius Obed Asæ reuertenti de cæde decies centenum millium exercitus Aethiopũ, locutus est dicens Dominus uobiscum est, dum estis cum ipso, & si exquesieritis eum inuenietur a uobis, & si dereliqueritis eum, derelinquet uos. Nam si Iosaphat ferẽs præsidium iniquo regi, ita ab Iehu propheta Ananiæ filio increpatur dicẽte. Peccatorẽ tu adiuuas, aut quẽ dominus odit, tu diligis, propterea ira Dei est super te. Quid illis qui proprijs scelerum suorum crinicu-

Micheas

Doctores Brit improbi.

lis cõ

lis compediuntur fiet? quorum nos necesse est si in acie dominica uolumus dimicare, peccata odire, non animas, dicente Psalmista. Qui diligitis dominum, odite malum. Quid ad supradicti Iosaphat filium currus & auriga Israel propheta Helias Ioram scilicet parricidam, qui egregios fratres suos, ut p ipsis regnaret, spurius trucidauit, effatus est? Sic dicit, inquit, dominus Deus patris tui Dauid. Eo quod non ambulaueris in uia Iosaphat patris tui, & in uijs Asæ regis Iuda, & ambulasti in uijs regum Israel, & stuprose, ut gessit domus Achab, & fratres tuos filios Iosaphat meliores te interfeciſti, ecce dominꝫ percutiet plaga magna te, & filios tuos. Et ad Ioram regem Israel ut uos, derelinquẽtem dominum, Quid Zacharias filius Ioiadæ uatis minatus sit, attendite, qui surgens a populo dixit. Hæc dicit dominus. Quare præteritis præcepta domini, & non prosperamini? quia dereliquistis dominum, & derelinquet uos. Quid de autore prophetarum Esaia dicam? qui proœmium prophetiæ suæ uel uisionem ita exorsus est dicens. Audite Cœli, & auribus percipe terra, quomodo dominus locutus est. Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui. Israel autẽ me non cognouit, & populus meus non intellexit. Nunc uero illum qui priusquam formaretur, in utero præscitus, et priusq̃ exiret de utero sanctificatꝫ, & in cũ

Helias.

Zacharias.

Esaias prophetarum autor.

& in cunctis gentibus propheta positus est, Hieremiam, scilicet quid de populo insipiēte, rigidisq; regibus pronunciauerit, parūper attēdētes audite, hoc modo leniter uerba initiantem. Et factum est uerbū domini ad me dicēs. Vade, & clama in auribus Hierusalem, & dices. Audite uerbum domini domus Iacob, & omnes cognationes domus Israel. Hæc dicit dominus. Quid inuenerunt in me patres uestri iniquitatis? qui elongati sunt a me, et ambulauerūt post uanitatem, & uani facti sunt, & non dixerunt. Vbi est, qui ascendere nos fecit de terra Aegypti? &c. Hieremias.

Sanctus quoq; Abacuc pclamat dicēs. Væ. q ædificant ciuitatē in sanguine, & præparant ciuitatē iniq tatibus dicētes. Nōne hæc sunt a dño omnipotēte, et defecerūt populi multi, in igne, et gētes multæ minoratæ sunt? Et ita propheti ā qrulus incipit. Vsque quo dñe clamabo, & nō exaudies, uociferabor ad te, ut qd mihi dedisti labores & dolores, inspicere miseriā, & impietatē? Sed et btūs Oseæ ppheta attēdite, quid loquatur de principibus dicens, Pro eo, quod transgressi sunt pactum meū, & aduersus legem me an tulerunt, & exclamabant. Cognouimꝰ te, quia aduersum sis Israel. Bonum ut iniquum persecuti sunt, sibi regnauerūt, regnauerūt, & nō per me tenuerūt principatū, nec me cognouerūt. Sed & sanctū Amos prophetā hoc modo minātem audite. In tribus impietatibus filiorum Iuda, & in quatuor nō cōuertā eos, b Abacuc.

Osee in principes.

Amos

propter

propter quod repulerunt legē domini, & præcepta non custodierunt, sed seduxerunt eos, uana eorum, et emittam ignem super Iudam, & comedet fundamenta Hierusalem. Hæc dicit dominus. In tribus impietatibus Israel, & in quatuor non conuertā eos, propter quod tradidere pecunia iustum, & pauperē pro calciamentis, quæ calciabant super puluerem terræ, & colaphis cædebant capita pauperum, & uiam humilium declinauerunt, &c. Sed & sanctus Micheas uates attendite, quid sit effatus. Audi, inquiēs, tribus, & quid exornabit ciuitatem? Numquid ignis? et domus iniquorum thesaurisans thesauros iniquos? & ciuan iniuria iniustitiam, si iustificabitur in statera iniquus, & in sacello pondera dolosa, ex quibus diuitias suas in impietate repleuerunt. Sed & Sophonias propheta clarus quas minas exaggerat audite, Prope est, inquiens, dies domini magnus, prope & uelox ualde, uox Dei domini amara constituta est & potens dies iræ dies ille, dies tribulationis, & necessitatis, dies nubis & nebulæ, dies tubæ, & clāgoris, dies miseriæ, & exterminationis, dies tenebrarum et caliginis, super ciuiates firmas &c. Et quid Aggeus sanctus propheta dicat, attendite. Hæc dicit dominus. Semel ego mouebo cœlum, & terrā, & mare, & aridum, & auertam sedes regum, & exterminabo uirtutem regum gentium, & auertam quadrigas, & ascēsores. Nunc quoq; qd Zacharias propheta

Micheas.

Sophonias.

Agg.

Zacher.

pheta electus dixerit, intuemini, hoc modo prophe-
tiam suam exordiens. Reuertimini ad me, & reuertar
ad uos, dicit dominus, & nolite tales esse, sicut patres
uestri, quibus imputauerunt prophetæ priores dicē-
tes, Hæc dicit dominus omnipotens. Auertite uos a
uijs uestris, & non intenderunt, ut obaudirent me, Malachias.
&c. Sanctus quoque Malachias propheta dicit,
Ecce dies domini ueniet, succensa quasi caminus &
erunt omnes superbi, & omnes facientes iniquitatē
ut stipula, & inflammabit eos dies aduenies dicit do
minus exercituum. quæ non relinquet ex eis radicē, Iob.
& germen. Sed & sanctus Iob attendite, quid de
principio, & fine disceptauerit, dicēs. Propter quid
impij uiuunt? senuerunt inhoneste, & semen eorum
secundum desyderium eorum, & filij eorum ante cō
spectum eorum, & domus eorum fructuosæ sunt, et
timor nunquam nec plaga domini est super eos, uac-
ca eorum non abortiuit, & pregnans eorum pertulit
partum, & non errauit, sed permanet sicut oues æ-
ternæ, & pueri eorum gaudent, & psalterium su-
mentes & cytharam finierunt in bonus utam suam,
in requiem inferorum dormierunt. Nunquid Deus
facta impiorum non respicit? Non ergo, sed lucerna Impiorū fini
impiorum extinguetur, et superueniet eis euersio, et
dolores tanquam parturientis, eos ab ira tenebunt,
& erunt sicut paleæ a uento, & sicut puluis, quem
abstulit turbo. &c. Quid præterea beatus Hesdras Hesdras.

propheta ille bibliotheca legis minatus sit, attẽdite, hoc modo disceptans. Hæc dicit dñs Deus. Non parcet dextera mea super peccantes, nec cessabit romphæa super effundentes sanguinem innocuũ, super terram, exibit ignis ab ira mea, & deuorabit fundamenta terræ, & peccatores quasi stramẽ incensum. Væ eis, qui peccant, & non obseruant mãdata mea, dicit Deus. Non parcam illis. Discedite filij apostatæ, & nolite contaminare sanctificationem meã. Nouit Deus, qui peccant in eum, propterea tradet eos in mortem, in occisionem. Iam enim uenerunt super orbem terrarum mala multa, immissus est gladius uobis ignis, & quis est, qui recutiet ea &c. Ezechiel quoque propheta egregius, quatuorq; euãgelicorũ animalium mirandus inspector, quid de sceleratis edixerit, attendite, cui primum dominus miserabiliter plagam Israel defictũ ait. Iniquitas domus Israel & Iuda inualuit nimis, quia impleta est terra iniquitate, & immunditia. Ecce ego sum, non parcet oculus meus, neque miserebor, & infra. Quoniã terra plena populis, & ciuitas plena iniquitate est, & auertam impetũ uirtutis eorum, & polluentur sancta corũ, exoratio ueniet, & quæret pacẽ, & non erit. Et post aliquãta. Factus est (inquit) sermo dñi ad me dicens. Fili hominis, terra quæ peccauerit mihi, ut delinquat delictum, extendã manum meã, & conteram eius firmamentũ panis, & emittã in eam famẽ, & tollam

zechiel.

& tollam de ea hominem, & pecora, & si sint tres uiri isti in medio eius Noe/Daniel & Iob, non liberabunt eam, ipsi in sua iustitia salui erunt, dicit dominus, Quod si etiam bestias malas inducā super terrā, & puniam illā, & erit in exterminiū, & non erit q̄ iter faciat a facie bestiarū, et tres uiri iusti in medio eius sint. Viuo ego dicit dñs. Si filij & filiæ eius liberabuntur, sed ipsi soli salui erūt, terra aūt erit in interitum, & iterum. Filius non accipiet iniustitiam patris, neque pater accipiet iniustitiam filij, iustitia iusti super ipsum erit, & iniquus si auertat se ab omnibus iniquitatibus quas fecit, & custodiat omnia mandata mea, & faciat iustitiā, & misericordiā multā, uita uiuet, et nō morietur, oīa delicta eius quæcūq; fecit, nō erunt in sua iustitia, quā fecit, uita uiuet. Nūq̄d uoluntate uolo mortē iniusti dicit dñs, et nō ut auertat se a uia sua mala, & uiuat? Cū se aūt cōuerterit iustus a iustitia sua, & fecerit iniq̄tatē, secūdū omnes iniq̄tates, quas fecit iniquus, oēs iniustitiæ eius quas fecit, nō erunt in memoria. In delicto suo quo excidit in peccatis suis, quibus peccauit, moriet̄ur. Et reliqua. Hæc de sanctorū prophetarū minis dixisse sufficiat, pauca tantum de sapientia Solomonis, quæ cum hortationem uel denūciationem exprimant regibus, non minus quam minas huic opusculo inserere necessarū duxi, ne dicant me grauia & importabilia in humeros hominū uerborum onera uelle imponere,

De prophet. minis hacte.

: hortatione,
ic autor ex
omone, agit.

imponere, digito hic meo ea id est consolatorio affatu, nolle mouere. Audiamus itaque quid propheta regibus dixit. Diligite, inquiens iustitiam, qui iudicatis terram. Hoc unum testimonium si toto corde seruaretur, abunde ad corrigendos patriæ duces sufficeret, nam si dilexissent iustitiam, diligerent utiq; fontem quodammodo, & originem totius iustitiæ Deū. Seruite domino in bonitate, et in simplicitate cordis quærite eum. Heu quis uicturus est, ut quidam ante nos ait, quando ista a ciuibus perficiantur? si tamen usquam perfici possint, quoniam inuenitur ab his, qui non tentant illum, apparet autem eis qui fidem habent in eum. Nam isti sine respectu tentant Deum, cuius præcepta contumaci despectione contemnūt, nec fidem seruant illi, cuius oraculis blandis uel aliquantulum seueris dorsum uersant, & non faciem. Peruersæ enim cogitationes separant a Deo. Et hoc in tyrannis nostri temporis prospicue deprehenditur. Sed quid nostra mediocritas huic tā apto sensui miscetur? loquatur nāque pro nobis, ut diximus, qui solus uerax est, spiritus scilicet sanctus, de quo nunc dicitur. Spiritus autem sanctus disciplinæ effugiet fictum. Et iterum. Quoniam spiritus dei repleuit orbem terrarum. Et infra. Finem malorum bonorumque oculato iudicio prætendens ait. Quoniam spes impij tanquam lanugo est, quæ a uento tollitur, et tā quam fumus qui a uento diffusus est, & tanquam

ncipium pec-
a.

spuma

ſpuma gracilis, quæ a procella diſpergitur, & tanquam memoria hoſpitis unius diei prætereũtis. Iuſti autem in perpetuum uiuent, et apud dominum eſt merces illorum, & cogitatio illorum apud altiſſimũ ideo accipient regnum decoris, & diadema ſpeciei, de manu domini, quoniam dextera ſua proteget eos, & brachio ſancto ſuo defendet illos. Diſſimiles etenim qualitate ſunt ualde, iuſti & impij, nimirum ut dixit dominus. Eos qui honoran(inquiens)me, honorabo, & qui me ſpernunt, erunt ignobiles. Ad uos ergo reges hi ſunt ſermones mei, ut diſcatis ſapientiam, & non decidatis. Qui enim cuſtodierint iuſta, iuſtificabuntur, & qui didicerint ſancta, ſanctificabũtur. Hactenus cum regibus patriæ, non minus prophetarum oraculis, quam noſtris ſermonibus diſceptauimus, uolentes eos ſcire, quæ propheta dixerat, quaſi inquiens. A facie colubri, fuge peccata, ſi acceſſeris ad illa, ſuſcipient te, dentes leonis, dentes eorum interficientes animas hominum. Et iterum. Quã magna miſericordia domini, & propitiatio eius conuertentibus ad ſe, & ſi non habemus in nobis illud apoſtolicum, ut dicamus, Optabam enim anathema eſſe a Chriſto, pro fratribus meis, tanẽ illud propheticum toto corde poſſumus dicere. Heu quia anima perit, & iterum. Scrutemur uias noſtras, & quæramus, & reuertamur ad dominum, Leuemus corda noſtra, cum manibus ad deum in cœlum. Sed & illud

Autoris ſtud erga ſuos.

apostoli cupimus unūquemq; uestrum in uisceribus Christi esse. Quan enim libenter hoc in loco, ac si marinis fluctibus iactatus, & in optatum euectus portum remis, si non tantos talesq; malitiæ episcoporū, uel cæterorum sacerdotum, aut clericorum, † in nostro quoq; ordine erigi aduersum Deū, uidissem mōtes, uerecundia interueniente, quiescerē, quos me secundum legem, ceu testes primum duris uerborū cautibus, deinde populum si tamen sanctionibus inhæret, non ut corporaliter interficiantur, sed mortui uitijs uiuant Deo, ne personarum arguar exceptionis, totis necesse est uiribus lapidare, sed mihi quæso, ut iā in superioribus dixi, ab his uenam impartiri, quorū uitam non solū Laudo, uerū etiam cūctis mūdi opibus præfero, cuiusque me si fieri possit, ante mortem esse aliquandiu participem opto, & sitio, nostris iam nunc obuallatus sectorū duobꝫ clipeis.

In nostro quo
ordine. Hinc
gnoscere li-
t Gildam fuis
monachum,
l eius Bango
ensis cœnobij
quo fuisse fe
unt amplius
go millia mona
chorū, qui cir-
ter annū salu
s. CLXXXII
ucio rege,
hristianū do-
na receperūt
tinueruntq;
posterū tem-
us

Acris

ACRIS in ſacerdotalē ordinē caſtigatio minus religioſum, in religiōe per Romanorū perſecutiones, pene extincta, & propterea ſacerdotes complures rerum diuinarū uſu tyrones id temporis fuiſſe, minus mirum puta. Nam Britanni ab initio ſtatim orti euāgelij, ut autor teſtatur, ueram pietatē deguſtare cœperūt, ac deinde circiter annū domini, CLXXXII. autore Lucio eorum rege, qui cum Eleutherio Ro. pont. id egerat, Chriſtiani generatī facti ſunt, qui redacti iāpridē ſub imperū Ro. poſtea per ſæuitiā imperatorū, ac in primis Diocletiani, religionem publicitus deſerere coacti ſunt, ita ut illa in paucis integra remāſerit, uſq; ad annū ſalutis. D C. cū diuus Gregorius omnes æque inſulanos ad ueram pietatē reducēdos, adūgendosq; curaue rit. Interea igitur pauci recte dogma chriſtianū retinebant, quos noſter Gildas bonos appellat, reliquos uero et præſertim ſacerdotes ita per mala tēporum, errātes caſtigat, laboratq;, in uiam reducere. Iſta exponenda hoc loco erāt, ut unuſquiſq; ſciret Britanniam nō genuiſſe malos ſacerdotes, ſed hominū crudelitatem, atq; impietatē feciſſe, quando illa omnium prouinciarū prima Chriſtianā religionem recepit, ac omni tempore etiā nunc, populum longe religioſiſſimum tulit, habetq;.

Britannia

BRITANNIA habet ſacerdotes, ſed nonnullos inſipiẽtes, quã plurimos miniſtros, ſed multos impudentes, clericos, ſed quoſdam raptores, ſubdolos, paſtores, ut dicuntur, ſed occiſioĩ animarum lupos paratos, quippe non commoda plebi prouidentes, ſed propriĩ plenitudinem uentris quærentes, eccleſiæ domus habẽtes, ſed turpis lucri gratia, eas adeuntes, populos docentes, ſed præbendo interdum peſſima exempla, uitia, maloſque mores, raro ſacrificantes, ac raro puro corde inter altaria ſtãtes, plebem ob peccata non corripientes, numirum eadẽ agentes, præcepta Chriſti ſpernentes, & ſuas libidines uotis omnibus implere curantes, ſedem Petri apoſtoli immundis pedibus aliquos uſurpantes, ſed merito cupiditatis, in Iudæ traditoris peſtilentem cathedram deſidentes, ſæpius detrahẽtes, & raro uera dicentes, ueritatem pro inimico, odientes, & mendacijs ac ſi charißimis fratribus fauentes, iuſtos, inopes, inanes, quaſi angues toruis multibus conſpicantes. & ſceleratos diuites abſque ullo uerecundiæ reſpectu, ſicut cœleſtes angelos uenerantes, egenis eleemoſynam eße dandam ſummis labijs prædicantes, ſed ipſi uel obolum non dãtes, nephanda populi ſcelera tacentes, & ſuas iniurias quaſi Chriſto irrogatas amplificantes, religioſam forte matrem ſeu ſoroores domo

res domo pellentes, & externas uelut ſecretiori miniſterio familiares indecenter accipientes, uel potius ut uera dicam, licet inepta nō tam mihi quā talia agentibus, humiliātes, eccleſiaſticos (poſt hæc) gradus pensius q̄ regna cœlorum ambientes, & tyrannico ritu, acceptos defendentes, nec tamen legitimis moribus illuſtrantes, ad præcepta ſanctorum ſi aliquando duntaxat audierint, quæ ab illis ſæpiſſime audienda erant, oſcitantes, ac ſtupidos, & ad ludicra & ineptas ſecularium hominū fabulas ac ſi iter uitæ mortiſque pandāt, ſtrenuos, et intentos, pinguedinis gratia, taurorum more, raucos, & ad illicita infeliciter promptos, uultus arroganter in altum habentes, & ſenſus conſcientia remordente, ad ima uel tartarum demerſos, uno ſane perdito denario, mœſtos & ad unum inquiſitum lætos, in apoſtolicis ſanctionibus ob inſcitiam, uel peccatorum pondus, ora etiam ſciētium obturantes, hebetes ac mutos, & in flexibus mundialium negociorum mendacibus doctiſſimos, quorum de ſcelerata conuerſatione, multos ſacerdotio irruentes, potius uel illud pene omni pecunia redimentes, quam tractos, & in eodem ueteri infauſtoq̄ intolerabilium piaculorum cœno, poſt ſacerdotale m, epiſcopatus,, uel preſbyterij ſedem, qui nec ibi dem ſæpe ſederunt, utpote indigni, porcorum more, uolutantes, rapto tantum ſacerdotali nomine, nec tamen tenore, uel apoſtolica dignitate accepta, ſed qui nondum

In indigne ad honores ordinis perductos.

n ondum ad integram fidem, sunt uel malorum pœnitentiã id onei, quõ ad quẽlibet ecclesiasticũ ut nõ dicã summũ cõueniẽtes, et apti gradũ, quẽ nõ nisi sẽcti atq; pfecti et aplorũ imitatores, et ut magistri gẽtiũ uerbꝫ loquar, irrepħẽsibiles legitime, et absq; magno sacri legij crimĩe suscipiũt. Quid enĩ tã impiũ tãq; sceleſtũ est, q̃ ad sĩlitudinẽ Simõis magi, nõ interuenictibus licet iterea pmiscuis criminibus, episcopatꝫ officiũ ul presbyterij terreno pretio, quod sanctitate, rectisq; moribus decẽtius acquiritur, quẽpiã uelle mercari? Sed in eo isti propensius uel desperatius sunt, quo nõ ab apostolis uel apostolorũ successoribus, sed a tyrannis & a patre eorũ diabolo fucata, & nũq̃ pfutura emũt sacerdotia, quin potius uelut culmẽ tectiũq; malorũ omniũ quoddã, quo nõ facile eis improperẽtur a quoq̃ admissa prisca uel noua et cupiditatis gulæq; desyderia, sceleſtæ uitæ structurã supponũt, ut præpositi malorũ facilius rapiãt. Nã si talis pfecto coẽptionis cõditio ab impudẽtibus istis non dicã apostolo Petro, sed cuilibet sancto sacerdoti pioq; regi mgesta fuisset, eadẽ responsa accepissent, quæ ab aplo autor eorumdem magus Simõ accepit, dicẽtæ. Pecunia tua tecũ sit in pditionem. Sed forte heu q ambitores istos ordinãt, imo potius humiliãt, atq; p benedictiõe maledicũt, dum ex peccatoribus, nõ pœnitẽtes quod rectius fuisset, sed sacrilegos & despatos faciũt, et Iudam quodãmodo in Petri cathedra domini traditorem,

In Simoniacos.

rem, ac Nicolaum īmundæ hæreseos adiutorē in loco Stephani martyris, statuūt, eodē modo sacerdotio adsciti sunt, & ideo nō magnopere detestantur in filijs, quinimo uenerantur, quod similiter patribus sibi eueniße certißimū est. Etenī eos si in parrochia, nōnullis resistētibus sibi & tam preciosum quæstū seuere denegātibus cōmeßoribus, huiuscemodi margaritā īuenire nō possint, præmißis ante solicite nūcijs, trāsnauigare maria, terrasq; spaciosas trāsmeare nō tam piget q̄ delectat, ut oīno talis species inæqparabilisq; pulchritudo, et ut ueriꝫ dicā, zabolica illusio uł uēditis oībꝫ copijs, cōparetur. Deī cū magno apparatu magnaq; fātasia, uel potiꝫ īsania repedātes ad patriā ex erecto erectiorē īcessum pīgūt, et dudū sūmitates mōtiū conspicātes nūc recte ad æthera, uel ad summa nubiū uellera, luminū semidormitātes acies librāt ac se noua quædā plasmata, imo diabolica organa ut quondā Nouatus Romæ dn̄icæ conculcator margaritæ, porcus niger, patriæ ingerūt, uiolēter manus nō tā dignas uenerabilibus aris, q̄ flammis inferni ultricibus, in tali schema positi sacrosanctis Christi sacrificijs extēsuri. Quid tu īfelix popule a talibꝫ ut dixit apls, bestijs uētris præstolaris? his ne corrigerꝫ? qui seipos nō modo ad bona nō inuitant, sed secūdū prophetæ exꝓbrationē laborāt, ut inique agant, talibus ue oculis illustraberis? q hæc tantū aui de speculātur quæ ꝓcliue ad uitia, id est, ad tartari portas ducant?

uel certe

De sacerdotum episcoporumq; electoribus

Nouatꝫ presbyter Ro. schismatis autor.

uel certe ſecundū Saluatoris dictū, ſi nō iſtos rapaciſſimos ut Arabiæ lupos, ac ſi Loht ad montem igneū Sodomorum imbrem præpropere fugeritis, cæci educti a cæcis pariter in inferni foueam cadetis. Sed forſitan aliquis dicat. Non ita omnes epiſcopi uel preſbyteri ut ſuperius excepiſti, quia non ſciſmatis, non ſuperbiæ, non immundiciæ infamia maculantur, mali ſunt, quod nec uehementer & nos diffitemur, ſed licet ſciamus eos caſtos eſſe, et bonos breuiter tamē reſpondebimus. Quid profuit Heli ſacerdoti, quod ſolus non uiolauerit præcepta domini, rapiēdo in fuſcinulis antequam adeps domino offerretur, ex ollis carnes, dum eadē mortis ira qua filij ſunt multatur? Quis rogo, eorum de quorum moribus ſatis multa ſuperius diximus, ob inuidiam melioris hoſtiæ, cœleſtiq; igne in cœlum euectæ, ut Abel occiſus eſt? q etiā mediocris uerbi aſpernantur conuitium. Quis peroſus eſt conſilium malignātium, & cum impijs non ſedit? ita ut de eo ueridice quaſi de Enoch dteceretur. Ambulauit Enoch cum Deo, & non inueniebatur in mundi ſcilicet uanitate omnis, poſt idola, procliue id temporis claudicare relicto Deo, incipientis. Quis eorum ſalutari in arca, hoc eſt nunc eccleſia, ullum Deo aduerſantem ut Noe, diluuij tempore, non admiſit? ut perſpicue monſtraretur non niſi innoxios uel pœnitentes egregios in dominica domo eſſe debere. Quis uictoribus ſolum & in tricentenario numero, hoc eſt

Bene multos ſacerdotes integerrimæ uitæ eſſe, ſed non facere officium.

Heli ſacerd. exemplum.

Quod ſacerdotes minꝫ ſancti, le qbus hic tanūmodo agitur, nūq miracula æſſut, id quod autor pluribus q̄ ar ſit, docet exmplis.

hoc est trinitatis sacramento, liberato iusto, regum quinque uictricium turmarum exercitus ferales uincentibus, & nequaquã aliena cupientibus sacrificiũ offerens, ut Melchisedech, bene dixit? Quis sponte proprium in altari, capite cædendũ ut Abraham, Deo iubente, obtulit filium? ut simile quoddam huic impleret Christi mandatum dicentis, oculũ dextrum scandalizãtem euelli debere, & prophetæ, maledictum esse gladium a sanguine prohibentem. Quis memoriam malefacti de corde radicitus ut Ioseph, euellit? Quis in monte cum domino locutus, & nequaquam concrepantibus tubis, exinde perterritus duas tabulas cornutamque faciem aspectu incredulis inhabilem, & horrendam tropico sensu, ut Moyses aduexit? Quis eorum pro peccatis populi, exorã s uno de pectore clamauit? ut ipse. Domine, inquiens, peccauit populus iste peccatum grande, quod si dimittis eis, dimitte, alioquin dele me de libro tuo. Quis uestrum qui torpetis potius, quam sedetis legitime in sacerdotali sede, eiectus de consilio impiorũ, post diuersarum plagas uirgarum, ut sancti apostoli, dignus habitus est, pro Christo uero Deo contumeliã pati? Quis ex uobis, gladij ictu pro confessiõe Christi, post uincula carceris, naufragia maris, uirgarum cædem, post fluminum, latronum, gentium, Iudæorũ, pseudoapostolorum contínua pericula, post famis, ieiunij, uigiliarum, labores, post perpetem solicitudinẽ omnium

Attendant episcopi, si qui tales sint.

omnium ecclesiarum, post æstum, pro scandalizantibus, post infirmitatẽ, pro ifirmis, post admirabilẽ prædicando Christi euangelium orbis pene circuitum, ut uas electionis magisterq; gentium electus, capite plectus est? Quis uestrũ ut sanctus martyr Ignatius Anthiochiæ urbis epũs, post admirabiles in Christo actus, ob testimonium eius, leonũ molis Romæ confractus est? cuius uerba cum ad passionẽ duceretur, audientes, si aliquando uultus uestri rubore suffusi essent, non solum in cõparatione eius, uos non putabitis sacerdotes, sed ne mediocres quidẽ Christianos esse, ait enim in epistola, quam ad romanam ecclesiam misit. A Syria, usque Romam, cum bestijs terra mariq; depugno die ac nocte connexus & colligatus X. leopardis militibus dico, ad custodiã datis, qui ex beneficijs nostris seuiores fiunt, sed ego eorum neq; tijs magis erudior, nec tanẽ in hoc iustificatus sum. O salutares bestias, quæ præparantur mihi, quando uenient? quando emittentur? quando eis frui licebit carnibus meis? quas ego exopto acriores parari, & inuitabo ad deuorationem mei, & deprecabor, ne forte ut in nonnullis fecerunt, timeant attigere corpus meum, quinimo si cunctabuntur, ego uim faciã, ego me ingeram. Date quæso ueniã, ego noui quid expediat mihi, nunc incipio esse Christi discipulus. Faceßat inuidia uel humani affectus, uel uequitiæ spiritalis, ut Iesum Christũ adipisci merear. Ignes,

Ignatij martyrium, et religio fidei.

Hanc historiã refert Eusebij libro. III. cap. XXXVI. eccl. hist.

cruces,

cruces, bestiæ, dispersiones ossium, discerptionesq; mẽbrorũ, ac totius corporis pœnæ, & omnia in me unũ supplicia diaboli arte quæsita compleantur, dũmodo Iesum Christum merear adipisci. Quid ad hæc dormitantibus animæ oculis aspicitis? Quid talia surdis sensuũ auribus auscultatis? Discutite, quæso, tenebrosam atrãq; cordis uestri caligmẽ teporis, ut ueritatis et hũilitatis præfulgidũ lumen uidere possitis. Christianus nõ mediocris, sed perfectus sacerdos nõ uilis, sed summus, martyr non segnis, sed ꝓcipuus dicit. Nunc incipio esse Christi discipulus. Et uos ac si Lucifer ille de cœlo proiectus, uerbis nõ potestate erigimini, & quodãmodo sub dente, ruminatis, & igestibus prætenditis, quæ antea autor uester depinxerat. In cœlũ (inquiens) conscendam, & ero similis altissimo. Et iterum. Ego fodi, & bibi aquã, et exiccaui uestigia pedum meorum omnes riuos aggerum. Multo rectius oportebat uos imitari illum, & audire, qui totius bonitatis & humilitatis uere inuictum exemplar est, dicentem per prophetam. Ego autem sum uermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis. O mirabile quoddã dixisse, eum obꝓbrũ hominũ, cũ oĩs mũdi obꝓbria deleuerit. Sed ut ad propositũ reuertar. Quis, (inq̃) ex uobis, ut Smyrnẽsis ecclĩæ pastor egregius Polycarpus Christi testis, mẽsam hũanæ hospitibus ad ignẽ eũ auide trahẽtibus apposuit, et obiectus flãmis ꝓ christi charitate dixit.

Seuera ac salutaris admonitio in eosdẽ sacerd.

Polycarpus

Qui de-

Qui dedit mihi ignis ferre supplicium, dabit, ut sine clauorum confixione, flammas immobiliter perferam. Vnum adhuc præter magnam uerbis uolans sanctorum syluam, exempli gratia, ponam Basilium scilicet Cæsariensem, qui cum ab iniquo principe minæ huiusmodi intentarentur, quod nisi in crastinum Arriano cœno, ut cæteri, macularetur, esset omnino moriturus, dixisse fertur. Ego sane ero cras, qui hodie sũ, tu te utinam mutares. Et iterum, Vtinam haberem aliquid digni muneris, quod offerrem huic, qui maturius Basilium de nodo follis huius absolueret. Quis ex uobis apostolici sermonis regulam quæ ab omnibus semper sanctis sacerdotibus omni tempore humanam suggestionem precipitanter ad nequitiam festinantem recutientibus seruata est, in concussione tyrannorum, indisrupte custodiuit? quæ eiusmodi est. Obedire oportet magis Deo, quam hominibus. Igitur confugientes solito more, ad domini nostri sanctorumq; prophetarum eius uoces, ut illi pro nobis, oraculorum suorum iacula imperfectis pastoribus ut antea tyrannis, quis compuncti sanentur, librent, uideamus quid dominus per prophetas, ad desides & inhonestos sacerdotes, & non bene populum tã exẽpla quam uerba docentes, minarum loquatur. Nam & Heli ille sacerdos in Silo, pro eo, quod non digno Deo zelo, seuere in filios contemnentes Deũ ultus fuerat, sed molliter & clementer, utpote paterno

Basilius Cæsariensis.

Denuo autor incipit sacrꝫ uti sagittis, quo plus metus faciat sacerdotibꝫ eosq; uictos parere legibus cogat.

affectu

affectu monuerat, tali animaduersione dãnatur, dicẽ te ad eum propheta. Hæc dicit dominus. Manifeste ostendi me, ad domum patris tui, cum essent in Aegypto seruientes Pharaoni, & elegi domum patris tui ex omnibus tribus Israel, mihi in sacerdotio. Et post pauca. Quare respexisti in incensum meum, & in sacrificium meum improbo oculo? & honorificasti filios tuos, plusq̃ me? ut benediceres eos a primordio in omnibus sacrificijs corã me, & sic dicit dominus. Quoniam qui honorificant me, honorabo eos, et qui pro nihilo habent me, ad nihilum redigentur. Ecce dies uenient, & disperdam nomen tuum, & semen domus patris tui, et hoc tibi signum sit, quod ueniet super duos filios tuos Ophni, & Phinees, in uno die morientur ambo in gladio uirorum. Si hæc itaque patiuntur, qui uerbis tantum subiectos, & non condigna ultione emendant, quid ipsis fiet, qui ad mala hortantur, peccando, & trahunt? Esaiam quoque sanctum prophetam de sacerdotibus hoc modo loquentem audite. Væ impio, in malum, retributio enim manuum eius fiet ei. Populum meum exactores sui spoliarũt, & mulieres dominatæ sunt eius. Populo meus qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt, & uiam gressuum tuorum dissipant. Stat ad iudicandum dominus, & stat ad iudicandos populos, dominus ad iudicium ueniet, cum senibus populi sui, & principibus eius. Vos depasti estis uineam meam, rapina pauperis in domo uestra

Ophni et Phinees Heli filorũ pœna.

Esaias in sacerdotes.

mo uestra. Quare atteritis populum meum, & facies pauperum comminutis, dicit dominus exercituũ? Et iterum. Væ, qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitiam scripserunt, ut opprimerent in iudicio pauperes, & uim facerent causæ humilium populi mei, ut essent uiduæ præda eorum, & pupillos diriperent. Quid facietis in die uisitationis, & calamitatis de longe uenientis? & infra. Verum hi quoq; præ uino, nescierunt, & præ ebrietate, errauerũt, sacerdotes nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt a uino, errauerunt in ebrietate, nescierunt uidentem, ignorauerunt iudicium. Omnes enim mensæ repletæ sunt uomitu sordium, ita ut non esset ultra locus. Propterea audite uerbum dñi uiri illusores, qui dominamini super populũ meum, qui est in Hierusalem, dixistis enim. Percussimus fœdus cũ morte, & cũ inferno fecimus pactũ, flagellũ inundans cũ transierit, nõ ueniet super nos, quia posuimus mendaciũ spem nostrã, & mendacio protecti sumus. Et post aliquãta. Et subuertet grãdo spẽ mendacij & protectionẽ aquæ, inũdabunt, et delebitur fœdus uestrũ, cũ morte, et pactũ uestrum cũ inferno, non stabit, flagellũ inundans cum transierit, eritis ei in conculcationẽ, q̃ncũq; pertransierit, tollet uos. & iterum. Et dixit dñs. Eo qđ appropiquat populꝰ iste ore suo, & labijs glorificãt me, cor aũt eorũ longe est a me, ideo ecce ego addã, ut admirationẽ faciã populo huic miraculo grãdi, et

stupen

stupendo, pibit enī sāpiētia, a sapientibus eius, & intellectus prudentiū eius abscōdetur &c. Hieremias quoq; uirgo, ꝓphetaq; qd insipientibus loquatur pastoribus, attendite hæc inquiens dn̄s. Quid inuenerunt patres uestri, in me iniquitatꝫ? qa se elōgauerūt a me, & ābulauerūt post uanitatē, et uani facti sunt & paulo post. Et ingreßi cōtaminastis terrā meā, et hæreditatē meā posuistis in abominationē, sacerdotes non dixerunt. Vbi est dominus? & tenētes legem, nescierunt me, & pastores præuaricati sunt in me. Propterea adhuc iudicio contendebam uobiscum, ait dominus & cū filijs uestris disceptabo. Itē post aliq̄ta. Stupor & mirabilia facta sunt, in terra, prophetæ prædicabant mēdaciū, et sacerdotes applaudebāt manibus suis, & populus meꝫ dilexit talia. Quid igitur fiet in nouißimo eius? Cui loquar, & cōtestabor, ut audiat? Ecce incircūcisæ aures eorū, & audire nō poßunt. Ecce uerbū dn̄i factū est illis in opprobriū, & nō suscipiūt illud, quia extendā manū meam sup habitātes terrā, dicit dn̄s. A minore quippe usq; ad maiorē, oēs auaritiæ studēt, et a ꝓpheta usq; ad sacerdotē, cūcti faciunt dolū &c. Sanctus quoq; Ioel monēs inertes sacerdotes, et deflens detrimentū populi, pro iniqtatibꝫ eorū dixit. Expgiscimini, q estis ebrij a uino uestro, et plorate, & lamentamini oēs, qui bibistis ninū, in ebrietatē, quia ablata est ab ore uestro iucūditas, & gaudiū. Lugete sacerdotes, qui deseruitis

Hieremias in pastores negligentes.

Iohel.

altari, quia miseri facti sunt cãpi. Lugeat terra, quia miserum factum est frumentum, & siccatum est uinum, diminutum est oleum, aruere agricolæ. Et iterũ Fletæ sacerdotes, qui deseruitis domino dicẽtes. Parce domine populo tuo, & ne des hæreditatem tuam, in opprobrium, & dominentur eorum gentes, uti ne dicant gentes. Vbi est Deus eorum? Sed hæc uos nequaquã auditis, sed omnia quibus propensius diuini furoris indignatio inardescat, admittitis. Quid etiam sanctus Osee ppheta sacerdotibus uestri moduli dixerit, signanter attẽdite. Audite hæc sacerdotes, & intendat domus Israel, & domus regis, infigite auribus uestris, quoniam ad uos est iudicium, quia laqueus facti estis speculationi, & uelut rete extensum.

Osee.

Vobis etiam a domino alienatio huiusce modi intenditur per prophetam Amos dicẽtem. Odio habui, & repuli dies festos uestros, & non accipiã odorẽ, in solennibus conuentionibus uestris, quia & si obtuleritis holocaustomata, & hostias uestras, non accipiam ea, &c. Auribus quoque percipite sanctum Micheam, ac si cœlestem quandam tubam aduersus subdolos populi principes, concisius personantẽ. Audite nunc (inquiens) principes domus Iacob. Nonne uobis est, ut cognoscatis iudicium odientibus bona, & quærentibus maligna, rapientibus peles eorum ab eis, & carnes eorum ab ossibus eorum, quemadmodum comederunt carnes plebis meæ, & pelles

Amos

Micheas.

eorum

eorū ab eis excoriauerūt, ossa eorū cōfregerunt, & laniauerūt quasi carnes in olla? Succlamabūt ad deū, & non exaudiet eos, & auertet faciem suam ab eis, in illo tempore, propter quod malicioſe gesserunt in aduentionibus suis, super ipsos &c. Quid Sophonias etiam propheta egregius de ueſtris olim comeſ soribus disceptauerit, attendite, de Hierusalem nāq; loquebatur, quæ ſpiritaliter eccleſia, uel anima intelligitur. O, inquiens, quæ erat ſplendida & libera ciuitas, confidens columba, non obaudiuit uocem, nec percepit diſciplinam, in domino non confiſa eſt, et ad Deum ſuum non acceſſit. Et id quare, oſtendit. Principes eius in ea, ſicut leones rugientes, iudices ſicut lupi Arabiæ, non relinquebant in mane, prophetæ eius ſpiritum portantes uiri contemptoris, ſacerdotes eius profanabant ſancta, & impie agebant in lege, dominus autem iuſtus in medio eius, & non faciet iniquitatem. Mane mane dabit iudicium ſuum. Sed & beatum Zachariam prophetam monentem uos in uerbo Dei audite. Hæc enim dicit dñs oīpotens. Iudicium iuſtum iudicate, & miſericordiam & miſerationem facite unuſquiſque ad fratrem ſuum, & uiduā & orphanum & aduenam, & pauperem nolite calumniari & malitiam unuſquiſq; fratris ſui non reminiſcatur, in corde ſuo. Et contumaces fuerunt, ne obſeruarent, & dederunt dorſum ſtultitiæ, & aures ſuas degrauarunt, ut non audirent, & cor ſuum ſta-

Sophonias.

Zach.

tuerunt insuadibile, ne audirent legem meã, & uerba, quæ misit dñs omnipotens. Super pastores, exacerbata est iracundia mea, & super agnos uisitabo &c.

Malachias

Quid præterea sanctus Malachias pphęta uobis denũtiauerit, audite. Vos inquiens sacerdotes qui spernitis nomẽ meũ, & dixistis. In quo spernimus nomẽ tuũ? offerendo ad altare meũ panes pollutos, & dixistis. In quo polluimus eos? In eo q̃ dixistis. Mensa dñi pro nihilo est, & quæ super posita sunt spreuistis, quoniã si adducatis cæcũ, ad uictimã, nonne malum? si admoueatis claudum, aut languidũ, nonne malum? Offer itaque illud præposito tuo, si susceperit illud, si acceperit personã tuã, dicit dominus omnipotens. Et nunc exorate faciem domini uestri, & deprecamini eum, in manibus uestris facta sunt hæc, si accipiã ex uobis personas uestras, & iterum. Et intulistis de rapina, claudum, et languidum, & intulistis munus. Nunquid suscipiam illud de manu uestra dicit dominus? Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum, & uotum faciens immolat debile domino, quia rex magnus ego sum, dicit dominus exercituũ, & nomen meum horribile in gentibus &c.

Ezechiel.

Quid uero Ezechiel propheta dixerit, attendite. Væ, inquiens, superueniet, & nuntius super nuntium erit, & quæretur uisio a propheta, & lex peribit a sacerdote, & consilium de senioribus. Et iterum. Hæc dicit dominus. Eo quod sermones uestri sunt mendaces,

& diuina

& diuinationes uestræ uanæ, propter hoc, ecce ego
aduos dicit dominus. Extendam manum meam, sup
prophetas, qui uident mendacia, & eos, qui loquun-
tur uana, in disciplina populi mei non erunt, neq; in
scriptura domus Israel scribentur, & in terram Isra
el non intrabunt, & scietis, quia ego dominus. Pro-
pterea populum meum seduxerunt dicentes. Pax do-
mini, & non est pax domini. Hic struunt parietem,
& ipsi ungunt eum, & cadet. Et post aliquāta. Væ
his, qui †concinnant ceruicalia, subtus omnē cubi-
tum manus, & faciunt uelamina, super omne caput
uniuersæ ætatis, ad subuertendas animas. Sed suffici-
ant hæc pauca de pluribus prophetarum testimonia,
quis retundatur superbia, uel ignauia sacerdotum cō
tumacium, ne putent nos propria potius adinuentiōe,
quam legis, sanctorumue autoritate, sibi talia denun-
ciare. Videamus igitur quid Euangelica tuba mun-
do personans inordinatis sacerdotibus eloquatur,
non enim de illis, ut iam diximus, qui apostolicam se-
dem legitime obtinent, quique bene norunt largiri
spiritalia conseruis suis in tempore cibaria, si qui
tamen multi in præsentiarum sunt, sed de pasto-
ribus imperitis, qui derelinquunt oues, & pascūt
uana, nam non habent uana pastores periti, nobis
sermo est. Euidens ergo indicium est, non esse eum le
gitimum pastorem, sed ne mediocrem quidem Chri-
stianū, qui hæc non tā nostra qui ualde exiguissimus

†Cō. ceruic. sub cubit. est iu uare malefacie tē, id quod pla num facit Pol dorus Verg. i suo sacroru pr uerbiorum lib lo.

Autor a bonis sacerdotib; be neuolentiam c ptat in malos ctarus.

 queteris

quam ueteris nouique teſtamenti decreta recuſarit, uel inficiatus fuerit, ſicut bene quidam noſtrorum ait. Optabiliter cupimꝰ, ut hoſtes eccleſiæ noſtri quoq; abſque ullo fœdere, hoſtes & amici, ac defenſores noſtri, non ſolum fœderati, ſed etiam patres ac domini habeãtur. Conueniant nanque ſinguli uero examine conſcientiam ſuam, & ita deprehendent, an ſecundum rectam rationem, ſacerdotali cathedræ inſideant. Videamus (inquam) quid ſaluator mundi factorque dicat. Vos eſtis ſal terræ, quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur, ad nihilum ualet, niſi ut proijciatur foras, ut conculcetur ab hominibus. Hoc unum teſtimonium ad confutandos impudentiſſimos quoſque abunde ſufficere poſſet, ſed ut euidentius adhuc quantis ſemetipſos intolerabilibꝰ ſcelerum faſcibus falſi hi ſacerdotes opprimant, uerbis Chriſti comprobetur, aliqua annectenda ſunt. Sequitur enim. Vos eſtis lux mundi. Non poteſt ciuitas abſcõdi ſupra mõtem poſita, neque accendunt lucernam, & ponunt eam, ſub modio, ſed ſupra candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo ſunt. Quis ergo ſacerdotũ huius temporis, ita ignorantiæ cæcitatẽ depellit, ut ceu lux clariſſimæ lucernæ, in aliqua domo cunctis noctu reſidentibus ſcientiæ ſimul & bonorum operum lampade luceat? Quis ita uniuerſis eccleſiæ filijs tutum, publicum, conſpicuumq; refugium eſt, ut cuibus firma fortæ in æditi montis ciuitas uertice cõſtituta habetur?

uangelica te-
timonia, ad ſa-
erdotum cor-
ectionem

betur? Sed & quod sequitur. Sic luceat lux uestra, coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & magnificent patrem uestrum, qui in celis est. Quis eorum istud uno saltem die potest implere? quin potius densissima quædam eorum nebula, atraque peccaminũ omni insulæ ita incumbit nox, ut omnes pene a uia recta auertat, ac per inuios impeditosque scelerum calles errare faciat, quorum non modo pater cœlestis non laudatur, sed etiam intolerabiliter blasphematur Vellem quidem hæc scripturæ sacræ testimonia huic epistolæ insertа uel inserenda sicut nostra mediocritas posset, omnia utcũque historico uel morali sensu interpretari, sed ne in immensum modum opusculum hoc his qui non tã nostra quã Dei despiciunt. fastidiunt, auertunt, protollatur, simpliciter & absque ulla uerborum circuitione, congesta uel congerẽda sunt. Et post pauca. Qui enim soluerit unum, de mandatis istis minimus, & docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno celorum. Et iterum. Nolite iudicare, ut non iudicemini, in quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabitur de uobis. Quis rogo uestrum respicit id, quod sequitur? Quid autem uides (inquit) festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non consyderas? Aut quomodo dicis fratri tuo. Frater, sine, eijciam festucam de oculo tuo? Et ecce trabes in oculo tuo est? Vel quod sequitur. Nolite dare sanctũ canibus, neque miseritis margaritas uestras, ante porcos, ne

Integer esse debet, qui alienа peccata reprehendit.

eos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & conuersi disrumpant uos. Quod sæpissime uobis euenit. Et populum monens, ne dolosis doctoribus ut estis uos, seduceretur dixit. Attendite uos, a falsis prophetis, q̃ ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, a fructibus eorum cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis uuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona bonos fructus facit, & mala malos, & infra. Non omnis qui mihi dicit. Domine, domine, intrabit in regnũ cœlorum, sed q̃ facit uoluntatem patris mei, q̃ in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorũ. Quid sane uobis fiet, qui ut propheta dixit, labijs tantum, & nõ corde, deo adhæretis? Qualiter autẽ impletis, quod sequitur. Ecce ego mitto uos, sicut oues, in medio luporũ, q̃ uersa uice, ut lupi in gregẽ ouium procedatis? Vel q̃d ait. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Prudentes quidẽ estis, ut aliquẽ ore exitiabili mordeatis. Num ut caput uestrũ quod est Christus, obiectu quodãmodo corporis, defendatis, quẽ totis operũ malorũ conatibus conculcatis? Nec enĩ simplicitatẽ columbarũ habetis, quin potius ... ruino assimulati nigrori, ac semel de arca, id est eccl... euolãtes inuentis carnalium uoluptatum fœtoribus ... nusquam ad eam puro corde reuolatis. Sed uideamus & cætera. Nolite, ait, timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed timete

Testimoniorum sacrorum exaggeratio.

Sacerd. prudentia.

mete eum. qui poteſt animam & corpus perdere, in gehennam. Quidnam horum feceritis, recogitate. Cuius uero ueſtrum non profundi cordis arcana uulneret ſequens teſtimonium? quod de prauis antiſtibus Saluator ad apoſtolos loquitur. Sinite illos, cæci ſunt duces cæcorum: cæcus autem ſi cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadent. Egent ſane populi quibus præeſtis, uel potius quos decipitis, audire? Attendite uerba domini ad apoſtolos & turbas loquentis, quæ & uos, ut audio, in medium crebro proferre non pudet. Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ, & phariſæi. Omnia ergo quæcunque dixerint uobis, ſeruate, & facite, ſecundum uero opera eorum nolite facere, dicunt enim, & ipſi non faciunt. Periculoſa certe ac ſuperuacua ſacerdotibus doctrina eſt, quæ prauis operibus obfuſcatur. Væ uobis hypocritæ, qui claditis regnum cœlorum ante omnes, uos autem nõ intratis, nec introeuntes ſinitis intrare, non ſolum enim pro tantis malorum crimnibus, quæ geritis in futurũ, ſed etiã pro his, qui ueſtro cotidie exĩplo pereũt, ferali pœna plectemini, quorũ ſanguis in die iudicij, de ueſtris manibꝫ requiretur. Sed quid mali qđ ſerui parabola prætenderit, inſpicite, dicẽtis in corde ſuo morã facit dominus meus uenire. Qui ob hoc forſitã cœperat pcutere cõſeruos ſuos mãducãs, et bibens, cum

Tam futilis q turpis male a tium exu ſati

Exemplo pr fectorũ, qu multi iugulẽt &c.

bibens, cũ ebrijs. Veniet ergo (inquit) dominus ser-
ui illius, in die, in qua non sperat, & hora, qua igno
rat, & diuidet eum, a sanctis scilicet sacerdotibus,
partemque eius ponet cum hypocritis, cum eis cer-
te, qui sub sacerdotali tegmine, multum obumbrant
nequitiæ. Illic (inquiens) erit fletus, & stridor den-
tium. Quibus in hac uita crebro euenit, ob cotidianas
ecclesiæ matris ruinas filiorum, uel desyderia regni
cœlorum. Sed uideamus, quid Christi uerus discipu-
lus magister gentium Paulus qui omni ecclesiastico
doctori imitandus est, sicut & ego sum discipulus
Christi, in tali negocio, præloquatur, in prima epist
la dicens. Quia cum cognouissent Deum, non sicut
Deum magnificauere, aut gratias egerunt, sed eua-
nuerunt in cogitationibus suis, & obcæcatũ est insi
piens cor eorum, dicentes se esse sapientes, stulti fa-
cti sunt. Licet hoc gentibus dici uideatur, intuemini
tamen, quia competenter istius æui sacerdotibus cũ
populis coaptabitur, & post pauca. Qui commutaue
runt (inquit) ueritatem Dei in mendacium, & co-
luerunt, & seruierunt creaturæ, potius quam crea-
tori, qui est benedictus, in secula: propterea tradidit
illos Deus in passiones ignominiæ. Et iterum. Et si-
cut non probauerunt Deum habere in notitia, tradi-
dit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant, quæ
non cõueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, im
pudicitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos in
uidia,

xna hypocri
debita.

I
æstimonia ex
geostolo, ad sa-
rdotum disci
nam.

a.
ia

uidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, deo odibiles, contumelioſos, superbos, elatos, inuentores malorum, parentibus inobediētes, inſenſatos, incompoſitos, ſine miſericordia, ſine affectione, qui cum iuſtitiam Dei cognouiſſent, nō intellexerūt, quomodo qui talia agunt, digni ſunt morte. Quis nam ſupradictorum his omnibus in ueritate caruit? ſi enī eſſet, forte caperetur ſubiecto ſenſu, in quo aut. Non ſolum qui faciunt ea, ſed etiam, q̄ conſentiunt facientibus. Vt nullus ſcilicet eorum ſit huius mali expers. & infra, Tu autem ſecundū duritiam tuam, & cor impœnitens, theſaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei, qui reddet unicuique ſecundum opera ſua. & iterum. Non eſt enim acceptio perſonarum apud Deum, quicūq; enim ſine lege, peccauerint, ſine lege & peribunt, quicunque in lege peccauerint, per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iuſti ſunt, apud Deū, ſed factores legis iuſtificabuntur. Quid ergo ſeueritatis ingeſſit his, qui nō ſolum implenda non facūt, & prohibita non declinant, ſed etiam, qui ipſam uerborum Dei lectionem uel tenuiter auribus inſtillatā pro ſæuiſſimo angue, refugiunt? Sed tranſeamus ad ſequentia. Quid ergo (inquit) dicemus. Permanebimus in peccato, ut gratia abundet? abſit. Qui enim mortui ſumus peccato, quomodo iterum uiuemus in illo? Et poſt aliquanta. Quis nos (ait) ſeparabit a charitate

Mala homines propter peccatū, iniuſta, &

Deus iuſtus iudex.

ritate Christi, tribulatio in angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Quē uestrum quæso talis intimo corde, occupabit affectꝰ, qui non modo pro pietate, non laboratis, sed etiam ut inique agatis, & Christum offendatis, multa patimini? Vel quid sequitur? Nox præcessit, dies autem appropinquauit, abijciamus ergo opera tenebrarum, et induamus arma lucis, sic, ut in die honeste ambulemus, non in commessationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitijs, non in contentione, & æmulatione, sed induite dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis, in concupiscentijs. Et iterum ad Corinthios prima epistola. Vt sapiens, inquit, architectus fundamentum posui, aliud super illud ædificat. Vnusquisque autem uideat, quomodo superædificet, fundamētum enim aliud nemo potest ponere, præter id, quod positū est, quod est Iesus christus. Si quis aūt superædificat supra fundamentum hoc, aurum, & argentū, lapides pcios, ligna, fenum, stipulā, cuiusq; opus manifestum erit, dies enim domini declarabit illud, quia in igne reuelabitur, & uniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit, si cuiꝰ opus manserit, omnia per ignem iudicabuntur. Item in epistola ad Corinthios secunda, Ideo, inquit, habētes hanc administrationem, iuxta quod misericordiā consecuti sumus, non deficiamus, sed abijciamus occulta dedecoris, non ambulantes in astutia, neque adulterantes

postolica mo-
ita

undamentum
eligionis.

dulterantes uerbum Dei, per malum exemplum, scilicet, & per adulationem. In subsequentibus autem ita de malis doctoribus dicit. Nam huiusmodi pseudo apostoli sunt operarij subdoli, transfigurantes se in apostolos Christi, & non mirum, ipse enim Satanas transfigurat se in angelum lucis. Non est magnum, si ministri eius transfigurarentur, ut angeli iustitiæ, quorum finis erit, secundum opera eorum. Attendite quoque quid ad Ephesios dicat. An nescitis uos pro hoc, in aliquo reos teneri? Hoc inquiens dico, & testificor in domino, ut iam non ambuletis, sicut gẽtes ambulant in uanitate sensus sui, tenebris obscuratũ habentes intellectum, alienati a uita Dei, per ignorantiam, quæ est in illis, propter cæcitatem cordis eorũ, qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiæ in operationem omnis immunditiæ, & auãritiæ. Et quis uestrum sponte expleuerit id, quod sequitur? Propterea nolite fieri iprudẽtes, sed itelligẽtes, quæ sit uoluntas dei, & nolite inebriari uino, in quo est luxuria, sed replemini spũ sancto. Sed & qđ ad Iheß. dicit. Neque enim fuimus apud uos aliquando in sermone adulationis, sicut scitis, neque in occasione auaritiæ, nec quærentes ab hominibus gloriã, neq; a uobis, neq; ab alijs, cũ possumus in honore esse, ut cæteri apli Christi. Sed facti sumus sicut paruuli in medio uestrũ, uel tanq̃ si nutrix foueat paruulos suos, ita desyderantes uos cupide, uolebamus uobis tradere

in falsos testes.

nõ solum

Autor ad rẽ redit, inſpice.

non ſolum euangelium, ſed etiam animas noſtras, Si hunc uos apoſtoli retinetis in omnibus affectũ, eius quoque cathedræ legitime inſidere noſcatis, uel etiã quod ſequitur. Scitis (inquit) quæ præcepta dederim uobis. Hæc eſt uoluntas Dei, ſanctificatio ueſtra, ut abſtineatis uos a fornicatione, et ſciat unuſquiſque ueſtrum ſuum uas poſſidere in honore, & ſactificatione, non in paſſione deſyderij, ſicut & gẽtes quæ ignorant Deum. Audite item quid de uobis prophetico ſpiritu, ſanctus idem apoſtolus ueſtrique conſimilibus prædixerit, ad Thimotheum aperte ſcribens. Hoc enim ſcito, quod in nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, erunt enim homines ſemetipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus inobedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, incontinentes, immites, ſine benignitate, proditores, proterui, tumidi, uoluptatum amatores, magis quã Dei, habentes quidem ſpeciem pietatis, uirtutem autẽ eius abnegantes. Et hos deuita. Idem & propheta dicit. Oduí congregationem malignorum, & cum impijs non ſedebo. Cæterum idem apoſtolus euidẽter oſtendit qualiter ſe exhibeant ſuo officio ſacerdotes ita ad Titum ſcribens. Teipſum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate, uerbum ſanum habens irreprehenſibile, ut his qui ex auerſo eſt, uereatur nullum malum habens dicere de nobis. Et iterum ad Timotheum. Labora (inquit) ſicut bo

Nota prædicta fuiſſe mala, quæ noſtra uidet etiam ætas.

De ſacerdotis officio, ex eodẽ apoſtolo.

ſicut bonus miles Ieſu Chriſti. Nemo militans Deo, implicat ſe negocijs ſecularibus, ut placeat ei, cui ſe probauit. Nam & qui contendit in agone, non coronatur, niſi legitime certauerit. Hæc quidem bonorū adhortatiō. Sed quid ſparſim poſitis amplius utentes teſtimonijs ſenſuum duerſorum undis in deſpecta ingenij noſtri cymbula fluctuamus? igitur neceſſariū duximus recurrere tandē aliquando uſq; ad lectiōes illas, quæ ad hoc ex omni pene ſanctarū ſcripturarū textu, merito excerptæ ſunt, ut nō ſolum recitentur, ſed etiā adſtipulentur bñdictioni, qua initiantur ſacerdotū uel miniſtrorū manus, eoſq; perpetuo doceant, uti ne a mandatis, quæ fideliter in eis lectionibus cōtinentur, ſacerdotali dignitate degenerantes recedant, ut apertius cunctis pateat & æterna ſupplicia eos eſſe manſura, & nō eſſe ſacerdotes uel Dei miniſtros, qui earū doctrinas atq; mandata opere ſecūdū uires ſuas, nō impleuerint. Audiamus ergo qd princeps apoſtolorū beatus Petrus de tali negocio ſignauerit. Benedictus inquiens deus pater dñi noſtri Ieſu Chriſti, qui per magnā miſericordiā ſuam, regenerauit uos in ſpem uitæ æternæ, per reſurrectionē a mortuis dñi noſtri Ieſu Chriſti, in hæreditatem incorruptibilem, immarceſſibilem, incōtaminatā, conſeruatam in cœlis, in uobis, qui in uirtute dei cuſtodimini. Quare enī tā inſipienter a uobis uiolatur talis hæreditas? quæ nō ſicut terrena decidua, ſed īmarceſſibilis atq;

Autor fatigat in citandis teſtimonijs uelit eſſe ſuus ſi poſſit

Ex duū Petri monitis, ſacerdotes autor inſtituit

æterna est? Et post aliquãta. Propter quod, succincti estote lũbis mentis uestræ, sobrij, perfecte sperantes in eam quæ offertur uobis gratiã, in reuelatione Iesu Christi. Rimamini nanq; pectoris uestri profunda, an sobrij sitis, & perfecte sacerdotalẽ gratiã examinandam in dñi reuelatione conseruetis. Et iterum dicit. Quasi filij benedictionis, nõ configurantes uos illis prioribus ignorantiæ uestræ desyderijs, sed secũ dũ eũ, qui uos uocauit sanctos, & uos sancti in omni cõuersatione estote. Propter quod scriptũ est. Sancti estote, quia & ego sanctus sum. Quis interrogo, uestrum ita sanctitatẽ toto animi ardore sectatus est, ut hoc quãtum in se est, auide festinaret implere? Sed uideamus quid in eiusdem secũda lectione cõtineatur Charissimi (inquit) animas uestras sanctificate, ad obediendum fidei, per spiritũ, in charitate, in fraternitate, ex corde uero, inuicem diligẽtes perseueranter quasi renati nõ ex semĩe corruptibili sed incorruptibili per uerbum dei uiui, & permanẽtis in æternũ. Hæc quidẽ ab apostolo mandata, & in die uestræ ordinationis lecta, ut ea indisrupte custodiretis, sed nequaq̃ a uobis iudicio impleta, sed ne multũ cogitata, uel intellecta sunt. Et infra. Deponentes igitur omnẽ malitiam, & omnẽ dolum, & simulationẽ, & inuidiam, & detractiones, sicut modo geniti infantes, rationabiles, & sine dolo, lac cõcupiscite, ut in eo crescatis, in salutẽ, quoniam dulcis est dñs. Recogitate, an & hæc

Quæ in sacerdotis ordine recitẽtur &c.

hæc quoq; ſurdis auribus a uobis audita crebrius cõ culcentur. Et iterũ. Vos aũt genus electũ, regale ſa cerdotiũ, gens ſancta, populus acquiſitiõis, ut uir- tutes annũcietis eius, qui de tenebris uos uocauit in illud tam admirabile lumen ſuũ. Nõ ſolũ enim ꝑ uos, uirtutes Dei non annũciantur, ſed etiã prauiſſimis ue ſtris apud incredulos quoſq;, deſpicũtur exemplis. Audiſtis forte in eodẽ die, quod in lectione Actuum apoſtolorũ lectũ eſt, Petro in medio diſcipulorũ ſur- gente, qui dixit. Viri fratres oportet ſcripturã im- pleri, quã prædixit ſpũs ſanctus per os Dauid, de Iu da. Et paulo poſt. Hic itaq; acquiſiuit agrũ, de merce de iniqtatis. Hoc ſecuro uel potiꝰ hebeti corde, quaſi non de uobis electũ fuiſſet, audiſtis. Quis quæſo ue- ſtrum nõ quærit agrum de mercede iniqtatis? Iudas quoq; loculos cõpilabat, uos eccleſiæ donaria filiorũ ꝙ animas eius uaſtatis. Ille adijt Iudæos, ut Deum uenderet, uos tyrannos, & patrẽ ueſtrum diabolum, ut Chriſtũ deſpiciatis. Ille. xxx. argenteis uenalem habuit ommũ ſaluatorẽ, uos uel uno obolo. Quid plu ra? Fertur uobis in mediũ Matthiæ in confuſionem ueſtram, exemplum, ſanctorũ quoq; apoſtolorum ele ctione, uel iudicio Chriſti, nõ propria uoluntate ſorti ti, ad quod cæci effecti non uidetis, quia longe a me- ritis eius diſtatis, dum in morẽ & affectũ Iudæ tradi toris ſponte corruitis. Apparet ergo eũ qui uos ſa- cerdotes ſciens ex corde, dicit nõ eſſe eximium Chri

Seuera ĩ sacerd. rep̄hensio.

stianum. Sane quod sentio, proferam. posset quidem lenior fieri increpatio, sed quid prodest uulnus manu tantum palpare, unguentoue ungere, quod tumore iam uel fœtore sibi horrescens cauterio, & publico ignis medicamine eget? si tamẽ ullo modo sanari possit, ægro nequaquã medelam quærente, & ob hoc medico longius recedente. O inimici Dei, & non sacerdotes, o licitatores malorũ & non pontifices, traditores, & non sanctorũ apostolorũ successores, impugnatores, & non Christi ministri. Auscultastꝫ quidem secundæ lectionis apostoli Pauli uerborum sonum, sed nullo modo monita uirtutemq; seruastis, & simulachrorum more, quæ non uidẽt, neque audiũt, eodem die alteri astitistis, licet ille tunc & quotidie uobis intonaret. Fratres, fidelis sermo est, & omni acceptione dignus. Ille dixit. Fidelem, & dignum, uos ut infidelem & indignum spreuistis. Si quis episcopatum cupit, bonum opus cupit. Vos episcopatũ magnopere auaritiæ gratia, nõ spiritalis profectus obtentu, cupitis, & bonum opus illi condignum nequaq̃ habetis. Oportet ergo huiusmodi irrep̄hensibilem esse. In hoc nanque sermone lachrymis magis, q̃ uerbis opus est, ac si dixisset apostolus eum esse omnibus irrep̄hensibiliorem debere. Vnius uxoris uirum. Quid ita apud nos, quoque contemnitur, quasi nõ audiretur uel idem dicere. Et uirum uxoris sobriũ, prudentem? Quis etiam ex uobis, hoc aliquando inesse sibi sal

Cum episcopis tutor postremo congreditur.

bi saltem optauit. Hospitalem? Id forte casu euenerit, popularis auræ potius, quam præcepti gratia factum. Non prodest, domino saluatore ita dicente. Amē dico uobis, receperunt mercedem suam. Ornatū, non uinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum. O feralis immutatio, o horrenda præceptorum cœlestium conculcatio, nonne infatigabiliter ad hæc expugnanda, uel potius obruēda actuum uerborumq; arma corripitis, pro quis cōseruandis, atq; firmandis, si necesse fuisset, & pœna ultro subeūda, & uita ponenda erat? Sed uideamus & sequentia. Domum suam (inquit) bene regentem, filios habentem, subditos in omni castitate. Ergo imperfecta est patrum castitas, si non item & filiorum accumuletur? Sed quid erit, ubi nec pater, nec filius, mali genitoris exemplo priuatus, cōspicitur castus? Si quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo ecclesiæ Dei diligentiā adhibebit? Hæc sunt uerba, quæ indubitatis affectibus approbantur: Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non uino multo deditos, non turpe lucrum sectantes, habentes ministerium fidei, in conscientia pura. Hi aūt probentur primū, & sic ministrent nullū crimen habentes. His nimirum horrescens diu immorari, unum ueridice possum dicere. Quin hæc omnia in contrarios actus mutantur, ita ut clerici quod nō absq; dolore cordis fateor, impudici, bilingues, ebrij, turpis lucri cupidi, habentes fidē,

De castitate &c.

De Diaconis & ministris, & eorūdem castigatione

tes fidē, & ut uerius dicā, infedilitatē, in cōsciētia im pia, non probati in bono, sed in malo opere præsciti ministrantes, & innumera crimina habentes, sacro ministerio adsciscantur. Audistis etiam illo die, quo multo dignius, multoq; rectius erat, ut ad carcerem uel catastam pœnalem quam ad sacerdotium trahere mini dño scitante, quem se esse putarant discipuli, Petrum respondisse. Tu es Christus filius Dei, eiq; dominum pro tali confessione, dixisse. Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui in celis est. Ergo Petrus a deo patre doctꝫ: recte Christū cōfitetur. Vos aūt moniti a prē uestro diabolo inique, saluatorem malis actibus denegatis. Vero sacerdoti dicitur. Tu es Petrus, & sup hanc petram, ædificabo ecclesiam meam. Vos quidē assimilamini uiro stulto, qui ædificauit domum suā, super arenam. Notandum uero est, quod insipictibus in ædificanda domo, arenarum pendulæ mobilitati dominus non cooperatur, secundū illud. Fecerunt sibi reges, & non per me. Itidemq; quod sequitur eadē sonat dicendo. Et portæ inferi nō prævalebunt, eiusq; peccata intelliguntur. De uestra quidē exitiabili factura pronunciantur. Venerunt flumina, flauerunt uenti, & impegerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina eius magna. Petro eiusq; successoribus dicit dñs, Et tibi dabo claues regni cœlorum. Vobis uero. Non noui uos, discedite a me operarij iniquitatis, ut separa

Quando deus os agentes in- et.

istantia pro- , ac improbi sa rdotis.

ut ſeparati ſiniſtræ pārtis hœdi cætis in ignē æternū. Itemq; omni ſācto ſacerdoti promittitur. Et quæcūq; ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta, & in cœlis, et quæcunque ligaueris, ſuper terram, erunt ligata & in cœlis. Sed quomodo uos aliquid ſoluetis, ut ſit ſolutum, & in cœlis, a cœlo ob ſcelera adempti, & immanium peccatorum funibus compediti? ut Solomō quoq; ait. funiculis peccatorum ſuorum unuſquiſque conſtringitur. Qua ratione aliquid in terra ligabitis quod ſupra mundum etiam ligetur, propter uoſmetipſos, qui ita ligati iniquitatibus in hoc mundo tenemini, ut in cœlis nequaquā aſcendatis, ſed in infauſta tartari ergaſtula non conuerſi in hac uita ad dominum, decidatis. Nec ſibi quiſquam ſacerdotum de corporis mundi ſolum conſcientia ſupplaudat, cum eorum quibus præeſt, ſi propter eius imperitiam, ſeu deſidiam, ſeu adulationem, perierint, in die iudicij de eiuſdem manibus ueluti interfectoris animæ exquirātur. Quia nec dulcior mors, q̄ quæ infertur abuno quoq; homineq; malo, alioquī non dixiſſet apoſtolus uelut paternum legatum ſuis ſucceſſoribus derelinquens. Mundus ego ſum ab omnium ſanguine, non enim ſubterfugi, quo minus annūtiarem uobis omne miniſterium Dei. Multū nanq; uſu ac frequētia peccatorū inebriati, & inceſſanter irruentibus uobꝭ ſcelerum cumulatorum, ac ſi undis quaſſati, unam ueluti poſt naufragium, in qua aduiuorum terram euadatꝭ, pœ

In ſacerdote integritas uitæ, cum cura gregis ſimul requiritur.

Autor demū ut pietatis plenus bn cōſulit, ac p bonis orat.

tis, pœnitentiæ tabulam toto animi nisu exquirite, ut auertatur furor dei a uobis, misericorditer dicētis. Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur, & uiuat. Ipse omnipotens Deus totius consolationis & misericordiæ paucissimos bonos pastores conseruet, ab omni malo, et municipes faciat ciuitatis Hierusalem cœlestis, hoc est, sanctorum omnium congregationis, pater, & filius, & spiritus sanctus, cui honor, et gloria, in secula seculorū. Amē.

EXPLICIT EPISTOLA GILDAE Sapientis.

BRITISH MUSEUM